FOLIGNO

F 54-3-113

BIBLIO[illegible] COMUNALE
FOLIGNO

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

Questo manoscritto è una copia parziale dello Statuto del Popolo, ms. esistente nell'archivio Comunale N° 6 bis – con la data 1369 – (ma appartiene al sec. XV

(1468.)

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

1r

1v

2.e

3v

4v

fr

8v

9v

S. Populi

Approbatio Capitulorum primæ partis Statutorum Communis Fulginiæ

Rta. 1.

In primis quidem Nos Statutarii prædicti Statutum Populi condentes, et reformantes firmamus Capitula, et Ordinamenta scripta, et apposita in principio primæ partis Statuti Communitatis Fulginei, Primum videlicet positum sub rubrica de Ecclesiis, et pijs locis Civitatis, et Communitatis Fulginei manutenendis, et conservandis; Secundum sub rubrica de pœnis dicentium, et facientium contra Sanctam Fidem Christianam. Tertium sub rubrica de pœnis iurantium per Corpus, vel Sanguinem Dei, Gloriosæ Virginis Mariæ Matris eius, vel alicuius Sanctorum, vel Sanctarum Dei. Quartum sub rubrica de pœnis maledicentium Deum Patrem Omnipotentem, Gloriosissimam Virginem Mariam eius Matrem, vel aliud de interioribus eorundem; Quintum de pena blasphemantium Summum Pontificem, et Colle-

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO
13r

gium Cardinalium, nec non alia capi-
tula, et ordinamenta tractantia in
similibus casibus; Et ordinamus, et
dicimus Capitula, et Ordinamenta
ipsa, et descripta in dictis servatura in
omnibus, et per omnia prout iacent,
ac si scripta, et apposita essent scrip-
tura in presenti Statuto Populi. Item
ad tollendam omnem malitiam denun-
ciatorum illorum, qui contra contenta
in dicto tertio capitulo Statuto Com-
munitatis sub rubrica de penis iu-
rantium Corpus, vel Sanguinem Dei,
Gloriose Virginis Marie Matris eius,
vel alicuius Sanctorum, vel Sanctarum
Dei posito facerint, vel venirent. Dici-
mus, et ordinamus, et volumus inuio-
labiliter observari, quod eo die, quo
Officiales Potestatis Fulginei, qui
pro tempore fuerint, ibunt ad aperienda
Cassettas, in quibus reperiuntur nomina
facientium, vel dicentium contra contenta
in

13v

in dicto tertio Capitulo Statuti Commu=
nitatis scripta in Cedulis in ipsis Cassettis
immissis, aut immittendis, Camerarius Com=
munitatis Fulginei, seu eius Notarius,
qui pro tempore fuerit uinculo Iuramenti
teneatur, et debeat accedere una cum dic=
tis Officialibus ad aperiendum ipsas Cas=
settas, et ipsis Cassettis apertis diligenter
uidere, et rimari omnes, et singulas Ce=
dulas in ipsis repertas, et in quodam
Libro, seu Quaterno per se sumpto scri=
bere omnia, et singula nomina, et pro=
nomina in ipsis Cedulis apposita, et des=
cripta, quem quidem Librum, seu Quaternum
continue retineant penes eos, sine cuius
Camerarij, siue Notarij eiusdem presen=
tia, et uisione dicte Cassette, uel aliqua
ipsarum possint nullatenus aperiri, do=
nantur etiam, et debeat dictus Camera=
rius protestari eisdem Officialibus ipsis
Cassettis, aut aliqua ipsarum apertis,
et ibidem stantibus, et aduertentibus

14r

quatenus executionem faciant, et facere
debeant contra quoscumque delinquen=
tes in predictis, vel aliquo predictorum,
et penas, et Banna denuntiari facere in
communi predicto. Et si dicti Offici=
ales dictam executionem non fecerint
seu in ipsam faciendo negligentes fue=
rint, vel remissi, quod dictus Camera=
rius Sacramento teneatur tantum reti=
nere de Salario ipsius domini Potes=
tatis quantum caperet summa pene
illorum, contra quos ipsa executio fi=
eri debuisset, et ipsum tantum pro
communi Felgineij conservare. Dum=
modo in ipsis Cedulis, et qualibet ipsa=
rum immittendis, et iniciendis, semper
scribi debeat, et manifeste apparere
unus testis idoneus, qui probet si ex=
pediet contenta in Cedula, in qua
ipse reperiretur scriptus summarie
esse vera, et etiam debeat in ipsis Ce=
dulis, et qualibet ipsarum scribi una
cum dicto uno teste locum, in quo, et
quo

quod dicte fuerint ea, que in ipsis Cedu-
lis, aut aliqua ipsarum continetur.
Et si ipse Cedule, aut aliqua ipsa-
rum aliter fierent, quam modo pre-
dicto, et in ipsis Casettis, aut aliqua
ipsarum reperirentur, quod contra de-
nunciatos, et in ipsis Cedulis, vel Ce-
dula descriptos procedi non possit, et
ad solvendum penam nullatenus te-
neantur. Et ipse Cedule, de qualibet
ipsarum aliter, quam cum uno teste
idoneo loco, et die scripte reperiren-
tur auctoritate presentis Capituli sint
ipso Iure nulle, et nullius valoris.

Qualiter Statuta Populi renouentur Rca ij.

Item dicimus, et ordinamus, quod priores Populi Ciuitatis Fulginei, qui pro tempore fuerint cum presentia Confalonerij Iustitiæ eiusdem Populi de mense Octubris faciant congregari Consilium Populi, et Rectorum Artium Ciuitatis Fulginei. In quo Consilio dicti Priores cum presentia dicti Confalonerij proponant quomodo, et qualiter, et qua forma renouetur Statutum Populi dictæ Ciuitatis pro anno futuro incipiendo in Festo Beati Feliciani proxime subsequendo, et per quos et quot Statutarios fiat dictum Statutum, et quomodo, et qua forma. Et per quos eligatur bonus Homo, qui superstit renouationi ipsius Statuti, et Statutarij, qui faciant, et renouent ipsum Statutum, et unus bonus, et legalis Notarius, qui perscribat dictum Statutum, et etiam Officia circa la oc=

15v

occurrentia, et alteri non committat. Qui Statutarij sic positi, et electi, ac etiam nominati super renouatione dicti Statuti plenam, et liberam potestatem habeant, et iurisdictionem inuiolabilem condendi leges, et renouandi dictum Statutum populi per se, uel alios, quibus ipsi, uel maior pars ipsorum duxerit committendas circa omnia, et in omnibus pertinentibus ad ordinationem Officiorum dictæ Ciuitatis. Et Confalonerius Iustitiæ semper sit, et esse debeat de Statutarijs supradictis per dictum Consilium eligendis, et circa omnia, et in omnibus pertinentibus ad bonum pacificum, et tranquillum statum communis, et Populi dictæ Ciuitatis Fulginei. Et possint omnia, et singula pertinentia ad custodiam dictæ Ciuitatis statuere, et ordinare, ut possit totas, et singula Ciuitatis Fulginei sicut

et quatuor eis, vel maiori parti ipsorum, vel illis, quibus commissum fuerit videbitur convenire. Qui electioni modo, quo supra faciendę Potestas vel Capitaneus, vel Officiales ipsorum non possint, nec debeant interesse. Et si contra fecerint in centum libris denariorum condemnentur Communi Fulginei applicandorum, et dicti Notarius, et Statutarij sint, et esse debeant de Civitate Fulginei, prout placuerit Consilio supradicto. Et Notarius, qui interfuerit correctioni, et renouationi praesentis Statuti, et ipsum Statutum scripserit habeat de pecunijs dicti Communis, et a dicto Camerario decem libras denariorum. Qui Notarius scripto ipso Statuto teneatur una cum veteri Statuto reassignare Prioribus Populi sub supradicta pena praestiti Sacramenti.

Item

16v

De conditione si qua esset inter Statuta Populi et Stat. Cois

Rubrica iij

Item Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua conditio, seu diuersitas reperiretur, uel esset inter Statutum Populi, et Statutum Communis Ciuitatis Fulginei, siue circa impositionem penarum siue in aliqua parte quacumque, quod in omnibus, et singulis ipsis contraditionibus, seu diuersitatibus, et in alia parte quacumque obseruetur Statutum Populi non obstante Statuto Communis, et semper Statutum Populi preualeat Statuto Communis, et quod quilibet Officiales dicte Ciuitatis teneatur predicta obseruare pena, et Banno centum Librarum denariorum in quibus contrafaciens per Sindicum dicti Communis ipsi Communi debeat condemnari

Item, quod Potestas, et Capitaneus, eorumque Iudices, et Priores Populi Civitatis Fulginei, et ceteri Officiales dictorum Potestatis, et Capitanei teneantur, et debeant vinculo iuramenti observare, et observari facere omnia et singula Capitula contenta in praesenti Statuto prout scripta sunt, et iacent in ipso Statuto sine diminutione aliqua, et si contrafecerint, vel ea facere ommiserint in aliquo, Potestas, et Capitaneus, et quilibet ipsorum, qui contrafecerit in mille Libris denariorum de suo Salario, et pecunia Communi Fulginei per Sindicum, seu Ratiocinatorem dicti Communis debeat condemnari, et tamdiu teneatur constrictus in Civitate Fulginei quamdiu solverit 9

Poena Officialium non observantium Statutum in omnibus prout iacet vide in Stat. 14.

in

integre condemnationem predictam
Iudex vero, et Notarius, alique
Officiales ipsorum, qui contrafece=
rint in aliquo predictorum in predic=
tis penis, et Bannis debeant Com=
muni Fulginei condemnari. Et si
predictam condemnationem solve=
re non poterint toto tempore vite
ipsorum in Carcere Communis Ful=
ginei teneantur. Et si Priores Popu=
li predicte Civitatis predicta non
fecerint observari in centum li=
bris denariorum Communi Fulgi=
nei debeant condemnari. Et de
predictis non possit peti absolutio
in Consilio, vel Aringha durante
eorum officio. Et si fieret non va=
leat nec teneat, nec habeat ro=
boris firmitatem

De Terris, et possessionibus, ac rebus Molendinorum Communis reinueniendis

Rũa iiij.

Item dicimus, et ordinamus, quod qui=cumque tenet, et possidet de Terris, et Possessionibus, ac rebus Molen=dinorum Communis Fulginei, et Iuribus, et pertinentibus ad ipsa Molendina teneatur, et debeat in continenti prędicta restitue=re dicto Communi, et Molendi=nis prędictis pena et Bando cen=tum Librarum denariorum, et plu=ris, et paucioris arbitrio Potesta=tis, et Capitanei dictę Ciuitatis auferendo; et dicti Potestas et Capitaneus teneantur, et debeant uinculo Iuramenti, et centum Librarum denariorum de eorum Salario ad petitionem cuiuscumque petentis prędicta omnia, et singu=la executioni mandare, et recupe=rare, et recuperata tenere ad

18

utilitatem dicti Communis, et
prędictorum Molendinorum; et
nulla persona prestet impedimen=
tum à Sarrone gaglolis usque ad
Turrim Flaminii alicui deferen=
ti Bladum ad Molendina dicti Com=
munis. Et si qua contrafecerit sol=
vat nomine Banni vice qualibet
dicto Communi Fulginei XL soli=
dos denariorum Perusinorum, in
quibus per Potestatem, vel Capi=
taneum, et Conductores Molendino=
rum Communis prędicti, et quilibet
ipsorum possint, et eis sit licitum
quamlibet Personam contrafaci=
entem in prestatione impedimenti
prędicti accusare, seu denuntiare,
et stetur, et credatur Sacramento
Dictorum Conductorum, vel alte=
rorum, qui accusaverit, vel denun=

tiari modo quo supra. Item, quod Molendina nova
viæ aprilenses per quas consuetum
erat ire ad Molendina noua dicti
Communis aperiantur, et exgomo-
rentur, et in pristinum statum
reducantur, ita quod quilibet pos-
sit commode ire per dictas vias
ad dicta Molendina cum Bes-
tijs, et salmis, et Capitaneus Po-
puli Civitatis Fulginei prædic-
ta fieri facere teneatur infra VIII.
dies in principio sui regiminis,
et si negligens fuerit in XXV. Li-
bris denariorum per Sindicum di-
cti Communis Communi Fulgi-
nei debeat condemnari

18v

Quod Artifices habeant iusta pondera

Rũa X.

Item dicimus, et ordinamus, quod qui=
cumque Persona voluerit vendere
vel emere aliquod ad pondus debeat
vendere, et emere cum Belancijs,
et marchis adiustatis ad marcum
de Lucca, et directis, et sigillatis ad
sigillum Communis Dulgini.
Et quicumque fuerit inventus
emere, vel vendere, aut pondera=
re aliter, quam cum marco adi=
ustato ad marca, vel cum Be=
lancijs iustis, et sigillatis sigil=
lo dicti Communis Dulgini, ut
dictum est solvat nomine Ban=
ni Communi predicto X. libras
denariorum Pisinorum. Et
quilibet teneatur ipsas Belancias
altas à Banca tenere per unum
palmum, vel plus, et fustis ip=
sarum Belanciarum semper sit

Pena tenentis
pondera falsa
est decem libra=
rum, ut dic
vide in alt. l.
rub. 144. ubi
Et si quis dic.
tenet Q. in prin.
pro: lancijs
et vers. Item
Quod quilibet
macellarius in
ii. lat.

Quod Artifices habeant
iusta pondera

Rū. I.

plenes, et non uacuus. Item, quod
Capitaneus dictæ Ciuitatis tene-
atur, et debeat in principio sui
Regiminis infra XV. dies iurare
facere omnes Consules singula-
rium artium, qui uendent, aut
ement ad pondus de adiustando
omnes Belancias, et marcos suæ
Artis omni mense. Et de inqui-
rendo, et denuntiando ipsi Ca-
pitaneo, et suæ Curiæ omnes,
et singulos de Arte sua facien-
tes contra formam præsentis
Capituli siue statuti. Et
prædicta dictus Capitaneus tene-
atur et debeat penitus facere
obseruare, et si negligens fuerit
in prædictis in L. libras dena-
riorum Communis Fulginei con-
demnetur ipsi Communi de suo.

Sa-

20v

salario applicandorum: Item quod
quelibet persona possit habere sta-
teram cum dicto marco Lucano adi-
ustatam, et sigillatam sigillo Com-
munis Fulginei, et cum ipsa uen-
dere, et emere possit. Et Consules
singularum Artium uideant, et
adiustent eas omni mense, et per
eos denuntientur omni mense
omnes de dicta Arte ipsorum
facientes contra formam presen-
tis Capituli. Item quod Capi-
taneus dicte Ciuitatis teneatur
infra mensem à principio sui regi-
minis uinculo Iuramenti, et pe-
na XXV. librarum denariorum
Communi Fulginei applicandorum
et debeat ponere tres bonos homi-
nes Mercatores, qui faciant adius-
tari, et sigillari pondera dicti

Communis S. Marci, et stateras;
Et quicumque inuentus fuerit
contrafacere per dictum Capi=
taneum in X. libras denariorum
Communis Fulginei condemne=
tur, et Capitaneus Communis Fulgi=
nei expensis ipsius Communis
fieri faciat unum sigillum, cum
quo predicte Bilancie, et Marchi
debeant sigillari. Item quod om=
nes ementes, et uendentes in Ci=
uitate Fulginei Zaffaramen
teneantur, et debeant ipsum
Zaffaramen ponderare, et ponde=
rari facere, ita et taliter, quod
Belancie, cum quibus ipsum
Zaffaramen ponderatur stent
in puncto honerate à qualibet
parte ipsarum Belanciarum dua=
decim libras cum dimidia, et
ex=

21v

exlant de ipso puncto pro una un-
ciam, aliter ipse Belancie nullate-
nus sigillentur, nec pro iustis habe-
antur, de quo quidem puncto tem-
pore ponderationis predicte non
exigantur pene decem librarum de-
nariorum, et predicta Capitaneus Po-
puli infra XV. dies in principio sui
regiminis teneatur Iuramento ban-
diri facere, ut homines sciant.
Item, quod nullus de dicta Civi-
tate, vel districtu audeat, vel pre-
sumat pesare, vel pesari facere
in dicta Civitate Fulginei Zaf-
faramen nisi cum Belancis aggiusta-
tis, et sigillatis modo quo supra
describitur, et qui contrafecerit
solvat Communi Fulginei pro qua-
libet vice X. libras denariorum
in quibus dicto Communi per

Capitaneus eiusdem Populi debeat condemnari. Et cuilibet sit licitum contrafacientem accusare, et habe=at medietatem Banni, et nomen accusatoris teneatur secretum, et si Capitaneus fuerit negligens in predictis condemnetur per Sin=dicum dicti Communis ipsi Com=muni in L. libras denariorum de suo salario. Item quod nul=lus de Civitate Fulginei, vel districtu cuiuscumque conditio=nis existat audeat, vel presumat tollere nec tolli facere ab aliqui=bus Personis, de Civitate Fulgi=nei, vel districtu aliquam Gab=bellam, nec aliquam quantitatem pecuniarum occasione, vel pre=textu alicuius venditionis Mer=cantie vel alicuius generis Mer=can=

22v

cantibus, vel quod traxi possit ad extor=
sionem alicuius pecuniarum, et
si contrafecerit tam soluens, quam
accipiens Gabellam, vel aliam quam=
cumque quantitatem pecuniarum
ut supra dictum est, quilibet ip=
sorum in XXV. libris denariorum
pro vice qualibet Communi Fulgi=
neis per Capitaneum supradictum
debeat condemnari, et cuilibet
sit licitum contrafacientes accu=
sare, et habeat medietatem Banni,
et nomen Accusatoris teneatur se=
cretum, et si Capitaneus fuerit
negligens in predictis in L. libris
denariorum per Sindicum Commu=
nis Fulginei d.° Communi con=
demnetur. Item quod quilibet
Mercator, et alia Persona quecum=
que emens, vel vendens Zaffara=

men, uel pro alio ponderans debeat
ipsum Zaffaranum bene, et lega=
liter ponderare cum Belancijs Mar=
co Luccano adiustatis modo quo
supra, et sigillatis sigillo Commu=
nis Fulginei, ita tamen, quod dic=
tę Belancię sint altę à Ban=
ca uno semisse ad manus iusti
hominis ad minus. Et liceat tali
ponderatori tenere, et scorgere Be=
lancias ipsas donec conducantur
ad puncta, et ibi debeant ipsas di=
mittere, et plus non substinere ita
quod non appareat pondus Vendi=
tori, seu Emptori, et alijs abstan=
tibus, et teneatur talis ponderans
adequare Zafferamen ad pondus,
et pondus ad Zafferamen, ita quod
Belancię habeant competentem
tractum ad hoc, ut uendens sit

contentus, et dictus talis emens dic=
tum Zafferamen non debeat ~~dictum~~ ipsum
Zafferamine immiscere cum aliquo
alio Zafferamine usque quo Vendi=
tor ipsius Zafferaminis vocaverit
se bene contentum de pondere
ipsius Zafferaminis pena X. libra=
rum denariorum, in quibus contra=
faciens per Capitaneum Populi
dictae Civitatis debeat condemna=
ri, et predicta idem Capitaneus
faciat publice bandire, ut omi=
nes sciant. Si vero Venditor ipsius
Zafferaminis non esset contentus
de pondere facto per emptorem
liceat venditori eligere unum bo=
num, et legalem Mercatorem, quem
voluerit ad quem Emptor debeat
accedere una cum Venditore, qui
electus per Venditorem debeat ip=
sum

24r

ponderare
sum Zaffararium bene, et legaliter
pro utraque parte, et ad pondus,
quod ipse fecerit debeat esse con=
tentus Emptor, et Venditor, et qui
contrafecerit in prędictis, seu aliquo
prędictorum in X. libris denario=
rum per Capitaneum Populi Fal=
ginei Communi prędicto debeat
condemnari, et Capitaneus supradi=
tus teneatur facere inquisitio=
nem de prędictis, et repertos cul=
pabiles punire, et condemnare,
ut superius est scriptum.

Rub. 6.ª

24v

De inquisitione facienda contrà Baracterios

Rũa xj

Item statuimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus Civitatis Fulginei, et eorum Iudices teneantur sacramento præcise inquisitionem facere per sex bonos Homines de tribus contradis prò quolibet territorio de omnibus Tabernarijs, et Baracterijs ac Luxoribus, et præstantibus ad Ludum Taxillorum, et cuiuslibet alterius Baracteriæ, et tenentibus ad Baracteriam, et de perditis, et male facientibus facta sua, dummodo contra eosdem non possit procedi per aliquos Officiales Civitatis Fulginei per modum denunciationis vel inquisitionis, nisi prius habita plena, et sufficienti probatione, et plena, et sufficiens probatio habeatur si per duos testes fide dignos ad minus de visu constet, quorum duorum

testium dicta, et attestationes
appareant, et apparere debeant
scripta per Notarium, vel Offici-
alem Potestatis, vel Capitanei
supradicti in Libris et Actis Com-
munis Fulginei. Et male facien-
tes facta sua habeantur, et intelli-
gantur illi, qui denuntiati essent
per duos consanguineos eisdem at-
tinentes usque in tertium gradum
Consanguineitatis cum iuramen-
to coram Officialibus supradictis
vel aliquo ipsorum prestito. Et
de ijs, quibus Bona sunt inter-
dicta, quorum nomina Officiales
predicti, aut alter ipsorum in quo-
dam Libro per se sumpto faciant
scribi, et registrari, et diligenter
conservari, Et si aliquis obliga-
verit se alicui Lusori, Taberna-
rio, vel Baractario, vel tenenti
Ba-

25v

Baractariam de predictis ralitet scriptis, et registratis talis obligatio, uel quasi non ualeat, nec teneat ipso Iure. Et si numeratione ~~nes~~ in tali obligatione interuenerint, Bolsfas, et Capitaneus possint, teneantur, et debeant donem officio facere tollere, et destrui dictas obligationes, et absolutionem, et quietationem facere fieri sine solutione aliqua, et cogere quemlibet Luxorem, Tabernarium, aut tinentem Baractariam, qui dictas promissiones, aut obligationes receperint ab aliquo ex supradictis scriptis, et registratis dicto tali obligato, uel alteri pro eo. Et hoc si ipsa obligatio, uel quasi facta non fuerit cum auctoritate sui Curatoris, et si non haberet Curato=

rem sufficiat licentia, seu au=
ctoritas Potestatis, et duorum
Consanguineorum, qui attinge=
ant obligato in tertio gradu.
Et si aliquis contraxerit in præ=
dictis aliter quam supradictum
est in X. Libris denariorum
Ferresinorum Communi Fulgi=
nei condemnetur. Et si quis post
Bannimentum factum publi=
cè quod nullus contrahat cum
aliquo male faciente facta sua
Baractario, vel Prodigo contraxe=
rit, talis contractus non valeat
nec teneat ipso Iure, non obstan=
te si in dicto Bannimento non
fuerit Iuris substantia observa=
ta, sed solum dictum Banni=
mentum Reblatur, ac si esset
omnis ordo Iuris, et substantia
observata, præcepto etiam qua=
rimo

rint. non obstante nec Capitulo
quod loquatur de quarant. Et
Potestas, et Capitaneus, et eorum
Iudices teneantur, et debeant in-
quirere de predictis infra mense a
principio eorum Regiminis, et si
quos contractus per eorum in-
quisitionem predictam invenie-
rint fore factos cum predictis ali-
ter quam superius sit scriptum
non valeant, et perceptum qua-
rant. non vendicet sibi locum.
Et si dicti Potestas, et Capitaneus
in predictis fuerint negligentes
ea, que non observaverint cum
effectu in C. libris denariorum
Communis Fulginei condenentur.
Item si Potestas, vel Capitaneus
vel aliquis Officialis ipsorum
procederit contra ante scriptos

Tabernarios, Luxoris, uel prestan-
tis ad Ludum taxillorum, et
cuiuslibet alterius Baractarie,
et tenentis ad Baractariam ali-
ter quam supra describitur, quod
Processus et ~~summa~~ sententia inde secuta
non ualeat auctoritate presentis
Capituli nisi eos inuenerit in
fragranti crimine.

Item

27v

Quod Notarij in presentia contrahentium legant substantiam contructuum

Rca. XIJ.

Item dicimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli Notarij de Civitate Fulginei teneantur, et debeant omnes rogationes, et scripturas, seu Protocolla, quas, et que fecerint, seu scripserint in domo eorum tenere, et conservare, et non dare alicui ad conservandum. Et Capitaneus Populi dicte Civitatis teneatur, et debeat predicta bandiri facere publice infra XV. dies in principio sui regiminis.

Item quod Potestas, et Capitaneus iuramento dare teneantur operam efficacem, quod rogationes, et Protocolla Notariorum mortuorum, et qui in posterum morientur deponantur, et deponi debeant apud quemdam bonum, et legalem Notarium de Civitate

Fulginei, sicut placuerit Heredi
Notarij mortui, et non apud ali=
am personam. Et hoc ad petitio=
nem cuiuscumque petentis nomen
cuius teneatur secretum infra XV.
dies post quam petitum fuerit.
Item quod quilibet Notarius,
qui in Civitate Fulginei, vel
districtu celebrauerit aliquem
contractum teneatur, et debeat
tempore ipsius celebrationis, et
in ipsa celebratione in scriptis
leggere, et diuulgare coram con=
trahentibus, et Testibus, inter
quos, et coram quibus talis con=
tractus celebrabitur substantiam
dicti contractus. Teneatur etiam
Notarius supradictus quemli=
bet contractum, seu Protocollum
de quo scribere rogatus fuerit,
Scrib=

bere, et ponere in Libro suorum
Protocollorum, et contractuum
bene, et legaliter, et seriatim
cum Capitulis tali contractui
necessarijs infra XV. dies à die
celebrationis contractus compu-
tandis. Et si quis Notarius prae-
dicta, aut aliquod praedictorum
facere obmiserit, aut in aliquo
praedictorum contrafecerit in X.
libris denariorum Perusinorum
vice qualibet per Capitaneum
Populi dictae Civitatis Communis
Fulginei debeat condemnari.
Qui Capitaneus quolibet mense
inquisitionem facere teneatur
contra delinquentes vinculo jura-
menti. Item dicimus, quod cuili-
bet Notario de Civitate Fulginei,
et districtu sit licitum penes quem

remanserint, seu remanserit aliqui contractus, siue rogationes reduce=re, et scribere in publicam formam ad petitionem cuiuslibet personæ ad quam talis contractus, seu ro=gatio pertinebit. Et in quantum dicti contractus, uel rogationes extensi non essent, possit, et debe=at dictus Notarius extendere, et ordinare cum Capitulis necessa=rijs, prout solitus erat scribere, et ordinare Notarius mortuus, uel absens à Ciuitate Fulginei, cu=ius fuissent dicti contractus seu rogationes in talibus contracti=bus, uel rogationibus, uel simili=bus, et talibus contractibus exten=sis, et ordinatis in publicam for=mam redigere, ita tamen quod ab talem extensionem, et ordina=

tionem

23

tionem, quae fient per dictum No-
tarium penes quem essent rogati-
ones, et contractus predicti de ipsis
contractibus, et rogationibus factis
substantia non mutetur.

Item

De ordine seruando in partitis faciendis in Consilio
Rca viij.

Item dicimus, et ordinamus, et praesenti statuto firmamus, quod per Commune Pelginei, siue ipsius Communis Camerarium fiant duo bossoli Bussulae una picta colore rubeo et altera colore albo, una quarum notetur de sic, et altera de non prout subscriptis Dominis uidebitur conuenire; Et Potestas, Capitaneus, Priores Populi, et quilibet alius Officialis, qui mittet, seu faciet aliquod partitum in aliquo Consilio super reformatione cuiuscumque rei, partitum ipsum mittere debeat ista forma uidelicet, quod auditis dictis Consiliariorum consulentium in tali consilio, Priores, et Confalonerius Populi dictae Ciuitatis remmant unum, quod uolent

Lent

ex illis dictis, et illum mittant
ad partitum ad Bussulas, et Pallu-
ctas dicentes, quod quicumque ex
Consiliarijs ipsius Consilij, et sibi
placet dictum talis Consultoris
suam mittat palluctam in talem
Bussulam de sic. Et quicumque
uult, et sibi placet aliud, seu
contrarium suam mittat pallu-
tam in talem Bussulam de non.
Que quidem Pallucte sint plum-
bee, et dentur videlicet cuilibet
Consiliario sua pallucta, et per
Banditores dicti Communis porten-
tur ipse Bussule, et cum ~~propriis~~ ipsis
Bussolis recolligantur ipse pal-
lucte à Consiliarijs supradictis et
quilibet Consiliarius mittat am-
bas manus clausas in ipsis Bus-
solis, et palluctam suam dimittat

in quacumque voluerit ex Busso-
lis supradictis et quicumque ex
Consiliarijs supradictis ambas suas
manus non miserit clausas tem-
pore supradicto in Bussolis su-
pradictis solvat dicto Communi
vice qualibet, qua contrafece-
rit quinque solidos denariorum.
Qui supra incontinenti aufe-
rantur de facto per dd. supra-
dictos, aut alterum eorum, et
recollectis dictis palluctis in
Bussulas supradictas, portentur ipsae Bussulae coram do-
minis supradictis, et consignen-
tur Notario Reformationum
ibi adstanti, qui Notarius eis
peractis Bussulas ipsas aperi-
at publice, et emissis per eun-
dem de Bussulis ipsis palluctis
omnis

31v

omnibus alta voce connumerit eas
faciendo ipsas cadere in quodam
Bacile de ramine, seu octone
unatim adeo quod sonus ipsarum
palluctarum cadentium in Ba=
cile predict. à consiliarijs audi=
atur, et predicta serventur in ex=
pensis faciendis per Commune
Fulginei ultra summam XXV.
Librarum denariorum, sublatio=
ne, correctione, vel dispensatio=
ne alicuius statuti, remissione
alicuius condemnationis, et re=
banditione alicuius exbanditi
in quibus casibus partitum, et
reformatio obtineri debeant per
duas partes Consiliariorum. et
aliter facta non valeant ipso
iure auctoritate presentis Ca=
pituli, et statuti. et officiales

prędicti, qui permitterent contra
formam prędictam fieri perdant
de eorum salario per quemlibet
ipsorum C. Libras denariorum,
in quibus per Sindicum dicti
Communis ipsi Communi debeant
condemnari; Hoc enim excepto,
quod prędicta non vendicent sibi
locum ubi, et quando tractare=
tur de expensis faciendis in Ro=
mana Curia, vel contra exban=
ditos, et rebelles Civitatis Rel=
gindi, vel eorum occasione Item
quod nec Potestas, nec Capita=
neus, seu alter eorum possit,
seu debeat aliqua proponere
in aliqua Aringa, nec ipsam
Aringam coadunari facere
super aliqua re, seu negocio,
nisi primo ipsam Aringam fie
ri

32 v

ri deliberata fuerit per Confalo=
nerium iustitie dicte Civitatis,
et in Consilio ordinario Priorum
Civitatis eiusdem, et obtento in dic=
to Consilio facto partito ad bus=
solas, et palluctas per duas par=
tis. Et si quis predictorum Potes=
tatis, et Capitanei contra predicta
fecerit perdat de suo salario mil=
le libras denariorum, in quibus
dicto Communi per Sindicum di=
ctum eiusdem Communis debeat condem=
nari. Et nihil ominus quid quid
fieret in ea non valeat ipso iure
auctoritate presentis Capituli, et
à qualibet deliberatione, que
fieret in eadem pro eisdem Capita=
neo, vel Potestate cadant ipso fa=
cto; Et quicumque aringaverit in
ipsa Aringa non coadunata per
modum predictum in V. libris dena=
riorum

rionum condemnetur Communi Ful-
ginei. Et quicumque etiam ste-
terit in eadem, seu audiverit, aut
assenserit aliqua fieri in eadem
non descendendo statim ab ipsa
sine temporis intervallo in C.
Libris denariorum Communi Ful-
ginei condemnetur, et hoc in
quantum Arengha predicta non
fierit ex deliberatione Confa-
lonerij supradicti, et consilij
ordinarij Priorum modo, quo su-
pra describitur, et facto Banni-
mento prius quam ipsa Arengha
fierit ex deliberatione Consilij
eorumdem Confalonerij, et Priorum
Item, quod nullum Statuti Po-
puli Civitatis Fulginei Capitu-
lum possit corrigi, cassari, vel
suspendi nisi in Consilio Populi,
et Rectorum artium Civitatis eius-
dem

33v

dem facto, et obtento partito ad
Bussulas, et palluctas modo, quo
describitur. Item, quod Camera=
rius dicti Communis possit, et si=
bi liceat, ac etiam teneatur
expendere de pecunijs dicti Com=
munis Fulginei quoties, et quan=
do expedient, ac deliberatum
fuerit per duodecim probos Viros
eligendos per Dominos Priores Po=
puli supradicti, qui pro tempore
fuerint usque in quantitatem XXV
librarum denariorum, dummodo
deliberatio ipsa fiat ad pallec=
tas, et Bussulas, et obtineatur
per duas partes ipsorum Virorum
congregatorum super ipsa delibe=
ratione fienda.

Quod in quolibet Consilio pos=sint quatuor Consiliato=res arengare Rubrica viiij

Item dicimus, et ordinamus, quod in quolibet Consilio Civitatis Ful=ginei possint tantum quatuor Concionatores Arengare, et non plures sine licentiam Pote=statis, vel Capitanei, aut Priorum Populi dictae Civitatis, et qui contrafecerit in XX. Solidis dena=riorum Communi Fulginei con=demnetur, et nullus concionator possit, nec debeat consulere nisi ad propositam, nec dicere illud idem, quod alius dixerit sub poe=na V. Solidorum denariorum pro quolibet, et vice qualibet, et Potestas, et Capitaneus teneantur Juramento praedicta facere observari, et praedicta banna auferre pro Communi a contra=facientibus de facto statim, et mittere, et poni facere in Cippum dicti Communis

Item

34v

Quod in quolibet Consilio sufficiat maior Pars

Rca. x

Item dicimus, et ordinamus, quod in quolibet Consilio generali Communis, et Populi, et Rectorum Artium Civitatis Fulginei in Consilio Populi, et Rectorum Artium eiusdem Civitatis, et in Consilio illorum qui fuerint ad officium Prioratus Populi supradicti, et in quolibet ipsorum, sive in Congregatione ipsorum, et cuiusque ipsorum sufficiat maior Pars, sive dimidia nummeri Consiliariorum deputatorum ad ipsum Consilium sive circa ipsam dimidiam, et habeatur pro perfecto nummero Consiliariorum tamquam essent omnes Consiliarij de ipso Consilio deputati ad ipsum Consilium in omnibus, quae proponi deberent, sive proponerentur in quocumque Consiliorum predictorum

nem salvo, quod in suspensione,
sive cassatione alicuius Capituli
Statuti tam Populi, quam Commu=
nis, et in suspensione alicuius con
demnati, sive ex Bannimenti
facti, vel facti latti, seu fien=
di contra quamcumque Personam,
in quibus, sive in quo esse debeant
due partes Consiliariorum ad mi=
nus in alijs verò sufficiat maior
Pars Consiliorum, ut supra est
scriptum, ac si omnes Consiliarij
essent ad ipsum Consilium congre=
gati. Item quod Priores Populi
dicte Civitatis, qui sunt, et erunt
pro tempore in officio Prioratus
predicti vocem habeant in quoli=
bet Consilio sicut habent alij Con=
siliarij, qui essent ad ipsum Consi=
lium deputati quocumque nomi=
ne

nec ipsum consilium cenſeritur.
Et ualeant uoceſ eorum, in quoli-
bet consilio tamquam uoceſ alio-
rum conſiliariorum ad ipsum
consilium deputatorum.

De hijs qui habent aliquam rem ad Scriptum.

Rca xj.

Nota~~mentum~~ viam solvendi Censum, et de hac materia vide Stat. comm: rub. 48. lib. 3o stat. rub. 3o et rub. 286.

Item dicimus, et ordinamus, et presenti Lege firmamus, quod Capitaneus Populi Civitatis Fulginii in principio sui regiminis teneatur, et debeat facere bandiri per dictam Civitatem in locis consuetis, quod quicumque de dicta Civitate, vel eius districtu habeat aliquam rem ad scriptum, seu Censum debeat assignare ipsa Capitaneo supradicto, et quemcumque Censum solvere debet pro ipsa re, quo facto, et receptis assignationibus, et demonstratis omnibus Instrumentis scriptis, seu Canonis, seu Census fiat Sindicus, et Procurator omnium predictarum Personarum ad dandum Censum pro qualibet dictarum Personarum, quem Censum dictus Sindicus dari debeat

pro

prò habentibus, et tenentibus scriptum ab aliqua Ecclesia de dicta Civitate, et districtu per XXV. annis. Et quelibet persona det, et solvat Censum dicto Sindico, prout solvere deberet prò re, quam habet adscriptum prò dicto tempore XXV. annorum. Quo quidem Censu recepto à quolibet predictorum dictus Sindicus teneatur, et debeat accedere ad dominum Episcopum Civitatis Fulginei, et ad alios Priores, et Rectores, aut Capitula, vel Conventus Ecclesiarum dicte Civitatis Fulginei, et districtus, que dictum Censum recipere deberent, et eisdem D. Episcopo, Prioribus, et Rectoribus Ecclesiarum, et aliis singularibus Personis Capitulis,

et Conventibus dare, et solvere
dictum Censum secundum for-
mam dictorum Instrumentorum,
et recipere quietationem nomi-
ne omnium, et singularum Perso-
narum praedictarum, ut fuerit op-
portunum pro dicto tempore pro
quo per dictum Sindicum dictus
Census fuerit persolutus, et si
praedicti Domini Episcopus, Pri-
ores et Rectores, Capitula, et
Conventus, et speciales personae
recipere noluerint dictum Cen-
sum protestetur, et protestari
debeat, et teneatur idem Sindi-
cus, et Procurator, qui recipere
debeat dictum Censum, qua
protestatione facta, si nolue-
rint recipere deponatur dictus
Census apud quemdam bonum
Cam-

37v

Canonicorum pro ipsis Ecclesijs Capi=
tulis, et Conventibus Domino Epi=
scopo, et specialibus Personis ad eo=
rum habentibus scriptum dictus Cen=
sus, et ipsius solutio non possit
preiudicium generare, nec occasi=
one ipsius Census non soluti
seu recepti predicti Homines
scriptum habentes non possint
in aliquo molestari. Et deposi=
tus dicti Census habeatur ac
si esset per Sindicum supradictum
nomine predictarum Persona=
rum integre persolutus. Item
quod quicumque de Civitate
Fulginei, et districtu, qui esset
molestatus, vel inquietatus ab ali=
quo Sindico Domini Episcopi, seu
dictarum Ecclesiarum, Capitu=
lorum, seu Conventuum occasi=

ora

Quod molestati de Episi=
one Census predicti
non soluti secundum
naturam formae
predictae defendan=
tur expensis
Communis Ful=
ginei

38r

one Census predicti, quod debeant rogari predicti Domini Episcopus, Priores, Capitula, et Conventus per Potestatem, Capitaneum, Priores Populi, et alios Officiales dicte Civitatis Fulginei, quod à molestatione dicti Census se debeant abstinere, et cessare, et quod ipsum Censum recipiant ab eodem, seu ab illis, qui fuerint molestati, alioquin illi, qui fuerint molestati occasione predicta per Sindicum dicti Communis Fulginei Expensis ipsius Communis, in qualibet Curia defendantur. Et auctoritate presentis Capituli Camerarius dicti Communis teneatur, et debeat pro quolibet Homine, seu Persona, qui, vel que teneretur

pro

13 pro Censu aliquid solvere Episco-
patui, vel alicui alteri Eccle-
siae dare, et solvere, illamque
quantitatem, quam solvere de-
bebat ipsi Episcopatui, vel Ec-
clesiae homo seu persona praedic-
ta pro tali homine vel perso-
na, et hoc ut non cadat a iure
quod habet in re emphiteotica.
Et si contingat Camerarium prae-
dictum solvere teneatur, et
possit dictus Camerarius quan-
titatem per eum solutam repe-
tere a tali homine, et persona
quem quidem hominem, et per-
sonam Camerarius supradictus
possit cogere, et cogi facere ad
restitutionem, et solutionem i-
psius quantitatis, et restituendum,
et solvendum eamdem Camerario
supradicto.

quod Camera-
rius solvat Cen-
sus de pecunia
hominis pro speciali-
bus personis, ex-
posita ab Episco-
patu

Quod nullus recipiat rem quam quis habet ad scriptum, uel coctimum ab aliquo

Rca. xv.

uide sequentem rub. proximam, et ibi dictas, et in rub. 195. et in ii° lib. rub. 44.

Item dicimus, et ordinamus, quod qui-
cumque de Ciuitate Fulginei, uel eius
districtus, habuit, habet, seu habuerit, possedit
possidet, uel possederit aliquam rem
ex qua soluat, uel soluerit censum
canonem, uel pensionem alicui, et
occasione census, canonis, uel pen-
sionis domino, uel quasi domino
non soluti ipsam perdere deberet,
quod nullus de Ciuitate Fulgi-
nei uel districtu audeat, uel presumat ipsam
rem aliquo modo accipere, nec
possit ipsius rei tenutam aut
possessionem intrare contra uolun-
tatem illius, uel illorum, qui ipsam
rem possidebant, seu ~~[illegible]~~ possidebat
seu possidissent et si aliqui fue-
runt consortes, uel fuerint in fu-
turum, qui habuerint uel habent.

quod propter censum non solutum perdatur etiam heredi non soluentis

aliquam rem ad scriptum pensio-
nem, vel canonem, in perte vel Antecessores
suos, vel quoscumque alio titulo
vel modo habuerint, vel acquisive-
rint communiter; et aliquis ex dic-
tis consortibus, seu aliquis ex aliquo haben-
tibus rem communem sine volun-
tate et consensu alicuius, seu alio-
rum consortium, seu habenti-
um rem communem sibi dari
fecerint, vel dari fecit in emphi-
teusim, seu ad scriptum, vel aliquo
modo concedi rem ipsam, talis con-
cessio facta non valeat, nec tene-
at ipso iure. Et ius si quid ha-
buerit, vel ~~[illegible]~~ acquisiverit quocum-
que titulo ipso iure amittant seu
amittat, et deveniat in consortium
sive consortes, sive habentes rem
com-

communem sine cuius, uel quorum
expresso consensu predicta facta fu=
erint. Et si quis contrafecerit in
predictis, uel aliquo predictorum
in L. libris denariorum per Capi=
taneum Populi dicte Ciuitatis
Communis Fulginei debeat condem=
nari. Et quilibet alius Officialis
primum Constitutam communi=
ter, uel diuisim in talem rem
siue possessionem predictam de=
beat, et teneatur defendere; et si
in tali possessione, seu re predic=
tum ius acquirens aliquod edifi=
cium fecerit, seu facere presum=
pserit dictum edificium ueniat
in talem, seu tales consortes, et
primos possessores, et talis edifi=
cans auctoritate ~~per se~~ presentis cadat

à Jure suo, et nihilominus perdat
omnes expensas factas in ipso edi=
ficio. Et hoc Capitulum sit præ=
cisum, cui nullum aliud Capitu=
lum ante, vel retro positum no=
ceat, nec possit in aliquo derogare.
Et prædicta locum habeant in præ=
senti, præterito, et futuro. Item quod
si aliquis, vel aliqua, vel Antecess=
sores ipsius aliquid recepit, vel
receperit ad laborantinum, cotti=
mum, scriptum, seu affictum, vel
pastinandum aliquam petiam
Terræ ab aliquo Prelato, Collegio,
aut Sindico ipsorum in tertiam
generationem, seu ad certum
tempus dictam rem sibi locatam,
vel antecessoribus suis possit, seu
possint tenere, et possidere usque
a

Si aliquis habue=
rit aliquam
rem ad scriptum,
vel aliter in
tertiam gene=
rationem quo
usque illam
recipiat duran=
te tempore
conductoris

ad tempus in locatione contentum
non obstante aliqua alia loca-
tione, vel concessione post ipsam
alteri factam. Et si quis ipsam
rem sic locatam post dictam
locationem receperit sine vo-
luntate, et consensu primi con-
ductoris in C. denariorum libris
Communi Fulginei condemnetur.
Et primus conductor possit secun-
dum conductorem de dicta re ex-
pellere sine pena, et banno, et
fructus ex ipsa possessione reci-
pere non obstante secunda loca-
tione. Et potestas, et Capitaneus,
et Comm. Iudices, et Priores popu-
li Civitatis Fulginei teneantur
vinculo iuramenti talem primum
conductorem, vel suos heredes in
ipsa re defendere contra quascu-

cumque personas, et si predicta fa-
cere obmiserint in C. libris denariorum
quilibet ipsorum Communis [illegible]
debeat condemnari; et si Numptius,
sive Numptij alicuius Collegij,
vel Prelati talem primum condu-
ctorem molestaverint in ipsa re,
quod talis primus conductor pos-
sit ipsos tales Numptios offende-
re, et verberare sine pena, et
Banno, et omnes audientes te-
neantur succurrere eidem tali
primo Conductori, et ipsum defen-
dere, et ~~iniurare~~ [iuuare] contra dictos
Numptios, ipsosque verberare, et
offendere sine pena, et Banno
Capitulo aliquo ~~Camerarius~~ [tam] popu-
li, quam Communis non obstante

Item

42v

Quod Preçones, et Baiuli obbe=
diant Capitaneo, et Confalonerio
Iustitiæ Ciuit. Fulg.

Rca. XIIJ.

Item dicimus, et ordinamus, quod
omnes, et singuli Preçones, et Ba=
iuli Communis Fulginei teneantur,
et debeant obedire omnibus,
et singulis mandatis Capitanei,
eiusque Officialium, in omnibus
quæ eis, uel alicui ipsorum præce=
perint, uel percipere uoluerint, pro
honore, et libertate Comunis, et
Populi dictæ Ciuitatis manute=
nendo, et eorum Officium exercen=
do. Et si quis prædictorum Preçonum,
et Baiulorum contra prædicta fe=
cerint per dictum Capitaneum,
aut eius Officiales in X. solidos
Denariorum uice qualibet puni=
antur, et plus ad uoluntatem
Capitanei supradicti inspecto de=
licto. Item quod prædicti Preço=

nes et Baiuli teneantur, et debeant
obedire Confalonerio Iustitiae, ac
etiam Prioribus Populi dictae Ci-
uitatis in omnibus, et singulis quae
pertinent, et pertinere quomodo-
libet possent ad eiusdem Confa-
lonerij, et dictorum Priorum re-
gimen, et in omnibus, et singu-
lis, quae per ipsum Confaloneri-
um, et Priores, aut alterum
ipsorum eisdem Praeconibus, et
Baiulis iniunctum fuerit, aut
aliter mandatum per praedictos,
aut alterum ipsorum poena 6.
librarum denariorum pro quoli-
bet, et uice qualibet, et priua-
tione eorum Officij, in quibus
contrafaciens per Potestatem
dictae Ciuitatis condemnetur Com-
muni praedicto.

Item

Quod Potestas, et Capitaneus obseruent Statuta, et Ordinationes Rica xiiij.

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus, et quilibet eorum Officialis teneantur, et debeant sacramento obseruare omnia et singula Statuta, Ordinationes, et stantiamenta Consiliorum tam Populi, quam Communis que facta fuerint per ipsa Consilia, vel maiorem partem ipsorum, et teneantur dicti Potestas, et Capitaneus, et eorum Officiales, et familiares precise omnia et singula ordinamenta Capitula, et reformationes, que facta fuerint, vel erunt per Consilium illorum, qui fuerunt, sunt, et erunt ad officium Prioratus Populi dicte Ciuitatis, aut maiorum partem ipsorum, seu ipsius

Pena Officialium non seruantium Statuta, et reformationes, Et est lib. p. uide S. rub. 3.

Consilij penitus observare, et effi-
cacie demandare, prout, et sicut ipsa
ordinamenta, stantiamenta, et
reformationes stabilita, et facta
fuerint in Consilijs supradictis,
aut aliquo ipsorum, ut superius
scriptum est, et continebitur in
eisdem ~~eandem~~ penis ~~.~~ C. librarum
denariorum pro quolibet ipsorum
Potestatis, vel Capitanei, qui
contrafacerit in predictis Commu-
ni Fulginii persolvendorum.

Item

44v

De Mercatoribus, et Campsoribus

Rũ.ca. XV.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis Campsor, vel Mercator confessus fuerit se debere dare alicui aliquam pecuniariam quantitatem, vel retinere pro eo, vel habere coram aliquo Officiali Communis Fulginei, quod dictæ confessioni stetur ac si in Iudicio cum carta facta esset contra Campsorem, et Mercatorem, et contra ipsam confessionem nulla exceptio possit opponi nisi solutionis tantum, quæ quidem exceptio solutionis opponi, et probari debeat legitime infra decem dies continuos a die oppositæ ipsius exceptionis computandos. Et si infra dictum tempus non fuerit oppositum, et probatum Potestas

Confessio Mercatoris, vel Campsoris in non inde Iudicium facta sibi præiudicet et contra eam non possit opponi nisi solutionis

et

et Capitaneus, sive ipsorum Iudices
vicarii, et debeant cogere personali-
ter, et realiter dictum mercatorem
et Campsorem, vel eius heredes, et
bonorum possessores ad petitionem
illius, qui dictam pecuniam depo-
suisset, vel pro quo confessus fuis-
set se dare debere sive pro eo ha-
bere, vel eius heredes, vel etiam
ius petendi ab eo ad solutionem
~~pecunie~~ predictam faciendam, et etiam utilita-
tem, quam potuisset habere de pe-
cunia deposita, vel confessata ad
penam CC. librarum denariorum
164 pro quolibet ipsorum / Et si aliquis Epistola probat
cuiuscumque conditionis existat contra scribentem
scripserit de sua manu se aliquid tamquam si esset
debere dare alicui quacumque Instrumentum publicum
de causa, quod eidem scripture guarentigiatum
facta fide per duos
testes, quod illa
est littera manu
talis
ple.

plenā fides adhibeatur, et ipsa exe-
cutioni mandetur per Officialem
ipsius Communis, coram quo vel
quibus petitum fuerit ad petiti-
onem illius, seu illorum, qui re-
cipere deberet illam talem quan-
titatem, seu aliud, quod sicut si
esset publicum Instrumentum
guarantigiam continens ad penā
L. librarum denariorum pro quo-
libet ipsorum Officialium, qui non
observarint prędicta, in quibus
centum libris denariorum Com-
muni prędicto per Sindicum, seu
ratiocinatorem dicti Communis
debeat condemnari recepta primo
fide per duos testes idoneos, quod
talis scriptura fuerit scripta ma-
nu illius contra quem peteretur.
Item, quod si aliquis dixerit se
velle stare scripturę libri alicu-
ius quod Potestas, et Capitaneus

et ipsorum Iudicum, et quilibet ip-
sorum, coram quo petitum fuerit
ad petitionem petentis faciat
deferri librum illius, cuius scrip-
turae dixerit se uelle stare pena
C librarum denariorum, et secun-
dum quod apertum fuerit in ipso
libro sic pro utraque parte faciat
obseruari.

Si uolo stare libro alicuius sed illud cogi ad exibendum librum porriget dictam scripturam in aliquo modo ... D. Bal. ... si ... Cod. de ... Iur. ... sic

46v

Quod Officiales Communis Fulginei non scribant aliquod opus proprium.

Rica XVI.

Item dicimus, et ordinamus, quod Iudices, et Notarij, qui venerint, seu steterint cum Potestate, ac etiam Capitaneus non scribant aliquod opus proprium, nec in prestantiam recipiant librum aliquem ab aliquo de Civitate Fulginei, vel districtu, et si contrafecerit durante eorum officio in L libris denariorum pro quolibet, et vice qualibet qua contrafecerit per Sindicum dicti Communis ipsi Communi debeat condemnari.

Item Notarius maleficiorum dicte Civitatis testes super quibuslibet accusationibus, denunciationibus, et inquisitionibus per se ipsos recipere, et scribere teneantur, et alteri non committere ad scribendum seu recipiendum testes ipsos, et qui contrafecerit tam ipse Notarius,

quam ille qui commiserit, et rece=
perit in XXV. libris denariorum
communi Fulginei condemnetur,
et ~~quilibet~~ quilibet possit contrafacientem accu=
sare, et habeat medietatem Ban=
ni.

Item

Quod Officiales Comis Fulginei teneantur sedere qualibet die ad Bancas. Rca. XVI.

Item dicimus, et ordinamus, quod omnes Officiales, Potestatis, et Capitanei Civitatis Fulginei teneantur iuramento, et XXV. libris denariorum pena quolibet die Iuridica horis debitis, et contentis in Statutis dicte Civitatis sedere ad Bancas, in quibus iura redduntur in Palatio Civitatis predicte, et etiam in [extra ordinem] causis iura reddere exceptis festivis non obstantibus ferijs impositis, aut imponendis per Consilium dicte Civitatis. Item quod Potestas, et Capitaneus supradicti teneantur et debeant [personaliter] interesse in quibuslibet Consilijs, que bandirentur eorum mandato, si sani erunt corpore ad penam C. librarum

r

17

48²

nimus denariorum pro quolibet, et
uice qualibet, qua contrafecerint
Communi Fulginei applicandorum
Item quod Camerarius Communis
Fulginei qui pro tempore fuerit
teneatur scribere, seu scribi
facere omnes dies, in quibus
Potestas, et Capitaneus, et eorum
Iudices et Notarij non sederint
ad Bancas prout tenentur, et de=
bent iuxta formam Statutorum Ci=
uitatis predictæ, et quilibet ipsorum
Potestas, et Capitaneus
Iudices et Notarij ipsorum, qui
ad Bancas ipsas non sederint, ut
dictum est uice qualibet in
XL. solidis denariorum dicto Com=
muni per Sindicum ipsius Commu=
nis debeant condemnari.

Item

48v

Quod nullus contendat pro parte Gebellina

Rca. XVIII.

Item dicimus, et ordinamus, quia turpis est, quod suo non convenit universo. Et cum à capite mem=bra descendant non sit licitum segregari cum Civitas ipsa, et Domini ipsius intendant, et velint unanimiter esse fideles, et filij nunc, et in perpetuum Sanctae Matris Ecclesiae, et partis eiusdem id circo, ut nomen sit consonum Rei, quod nulla Persona conten=dat in dicta Civitate, vel eius districtu pro parte Gibellina, nec in favorem ipsius et qui ipsam huiusmodi contentio=nem fecerint, aut in favorem ipsius consenserint in XXV. libris denariorum Communi Fulginei debeat condemnari, et de predictis Potestas, et Capitaneus inquirere

vide Stat. pub. 77. Rub. vide in Const. Eccl. lib.

tincantur, et repertos culpabi=
les puniri in pena predicta

Item

De adiutorio, et fauore dando D.nis Potestati, Capitaneo, et Prioribus Populi Ciuit. Fulg. Rca xviij.

Item dicimus, et ordinamus, ~~quod~~ pro bono, et pacifico statu Ciuitatis Fulginei quod omnes Rectores et Societatum Artium dictae Ciuitatis teneantur et debeant dare auxilium, consilium, et fauorem Potestati, Capitaneo, Prioribus, Sindicis, et Iudicibus ~~[illegible]~~ aliisque Officialibus dictae Ciuitatis Fulginei, ut possint, et valeant ipsi, et eorum quilibet eorum officium exercere, et ut maleficia puniantur, et nullum consilium Ciuitatis praedictae debeat rogare, vel requirere Capitaneum, nec eorum Iudices, aut Officiales, quod aliqua condemnatio, quae facta esset de aliqua persona remittatur in totum, vel in parte, neque

Artem

quod compenseatur in aliquo dicto imo dare operam efficacem, quod omnes condemnationes, que facte essent, et fient penitus exigantur, ac etiam dequantur, et qui contrafecerit, aut arenglaverit in XXV. libris denariorum communi Delginei condemnetur. Et si aliquis etiam predictorum Potestatis, et Capitanei contrafecerint in L. libris denariorum per Sindicum dicti Communis ipsi Communi dictatim dampnari.

Item

50v

Quod quilibet teneatur iura-
re in sua arte

Rubrica XX

Item dicimus, et ordinamus, quod si
aliquis esset de aliqua Arte, qui in
ipsa Arte non iuraverit cogatur per
Officialem dicte iurare ad observatio-
nem Capitulorum ipsius Artis, dum-
modo hoc non sit contra commune
Fulginei. Et si aliquis post requisi-
tionem de eo factam non iurave-
rit infra octo dies solvat nomine ban-
ni Communi Fulginei XX. solidos
denariorum, et Capitaneus Populi
dicte Civitatis teneatur, et debeat
cogere quemlibet, qui nollet suo
Consuli, aut Rectori cuiuscum-
que Societatis, vel Artis de Civi-
tate predicta obbedire, quod sibi
Consuli, aut Rectori uni, vel plu-
ribus obbediat, et observet Capitu-
la, et ordinamenta Artis, seu Soci-

etatis, de qua esset talis, qui ob-
bedire nollet, et ad omnia alia
facere, prout ipsi D. Capitaneo vi-
debitur convenire. Item quod Pri-
oris, et Confaloneriis Justitie Popu-
li dicte Civitatis teneantur, et
debeant coram eis facere defer-
ri, et presentari omnia Instrumen-
ta, et ordinamenta Artium,
et Societatum dicte Civitatis Ful-
ginei, et cuiuslibet eorum, et ipsis
delatis, et presentatis eisdem vi-
dere, et examinare, et si in eis,
aut aliquo eorum invenerint ali-
quod Capitulum, seu ordinamen-
tum esse removendum, et cassan-
dum liceat eisdem Prioribus, et Confalonerio il-
lud removere, et tollere, et quod
capitula, et ordinamenta Artium
seu

seu Societatum dicte Civitatis, que
fuerint approbata per predictos Pri-
ores, et Confalonerium sindicata,
et firmata alia vero non, et quod
Consules, seu Rectores predicti
tantum utantur ordinibus, Capitu-
lis, et Instrumentis approbatis,
et non alijs, et quod Priores Po-
puli supradicti, qui erunt de
mense Januarij, et Februarij infra
quindecim dies post festum Be-
ati Feliciani facere teneantur
et debeant vinculo iuramenti
bandiri publice per Civitatem
predictam, quod omnia ordina-
menta, et capitula cuiuslibet
Artis, seu Societatis dicte Ci-
vitatis deferantur, et presenten-
tur coram eis, quod si non fie-

52r

rint in XXV. libris denariorum
Communi Fulginei condemnentur.
et Potestas, et Capitaneus, et alij
Officiales dictę Civitatis tenean-
tur, et debeant omnia, et singu-
la Capitula, et ordinationes Ar-
tium, seu Societatum dictę
Civitatis, quę fuerint approbata
per Priores, et Confalonerium supra
dictos observare, et observari face-
re, dummodo non appareant esse
condita, seu facta contra Statu-
ta Communis, seu Populi dictę
Civitatis, aut contra Commune,
vel speciales Personas Civitatis
eiusdem. Item, quod quilibet
de Fulgineo, qui exercuit, aut
exercent, vel apprendere vo-
luerint artem aliquam in Civi-
tate

vatis Fulginei possit, et ei sit lici=
tum Artem ipsam intrare, et de
ipsa Arte esse et quod Consules
seu Rectores cuiuscumque Artis
ad petitionem cuiusslibet, qui
artem ipsam exercuit aut exer=
cere, vel apprehendere voluerit,
et ipsam artem intrare petient
teneantur, et debeant dictum
talem intrare volentem, et peten=
tem recipere, et ipsum scribi
facere inter alios de dicta
Arte, et in matricula ipsius
Artis pena XXV librarum de=
nariorum pro quolibet ipsorum
Consulum, seu Rectorum, et
vice qualibet, quas contrafe=
cerint Communi Fulginei ap=
plicandorum, et quod pro dicto 119

53r

tali introitu, seu receptione, sive
alio colore quesito non possit, nec
cogatur dictus talis, qui dictam
artem intrabit, seu intrare petie=
rit soluere sive alio modo dare
ultra XX. solidos denariorum
Cortonensium Prioribus. Item
ordinamus, et volumus statu=
entes, quod si aliquis de Civi=
tate Fulginei esset de pluribus
Artibus, quod temporibus Festi=
vitatum Beate Marie Virgi=
nis teneatur, et debeat ire cum
Candelis cum illis, qui sunt
de illa Arte quam potius, et
frequentius operatur pena
XX. solidorum denariorum
Communi Fulginei applican=
donem. Et quod ab illis Consuli
bus

53v

bus, seu Rectoribus aliarum qua-
rumcumque Artium possit dictus
talis nullatenus molestari, nec
cogi ad eundum cum aliis Arti-
bus per aliquem, sive aliquos
ex Consulibus, seu Rectoribus
Artium earundem auctori-
tate presentis Capituli, et Statu-
ti.

De exemplatione huius Statuti

Rũca XXI.

Item dicimus, et ordinamus quod
Priores Populi Civitatis Fulginii
precise teneantur, et debeant
infra mensem à principio eo-
rum Officij facere scribi, et exem-
plari in cartis pecudinis præsens
Statutum, ita quod unum con-
tineat, et maneat in Curijs, et
penes Officiales dictæ Civitatis,
et aliud conservetur, et aliud
sit in loco ubi eisdem Prioribus
videbitur convenire. Et ille cui
commissum fuit ad exemplan-
dum præsens Statutum per se
scribere debeat, et alicui alte-
ri non committere, et hoc iuret
ad Sancta Dei Evangelia
facere, et observare, et si contra
fecerit per Capitaneum Popu-
li

li dicte Civitatis in decem li-
bris denariorum Communi Rel-
gineii condemnentur. Et ille qui
hoc Statutum copiauerit habeat
de pecunijs dicti Communis à
Camerario ipsius Communis pro suo
salario, et labore quinque libras
denariorum Elnesinorum.

Quod aliquis Officialis non recipiat aliquam cessionem — R.ca XXV.

de deposito fien=
do ante summam
sed vide contra
constitut. CLIC
fol. 170. rub.
43. cum seqq.

Item dicimus, et ordinamus, quod
nec Potestas, nec Capitaneus, nec
aliquis ipsorum Officialium, vel
Familiaris per se, vel alium re=
cipiat, vel recipi faciat ab ali=
quo de Civitate Fulginei iuris
cessionem, vel obligationem ex
causa depositi, vel alia qua=
cumque de causa in denarijs,
vel rebus durante eorum offi=
cio, et si contigerint eos, vel ali=
quem ipsorum constringere ali=
quem pro aliquo ~~malfitio~~ maleficio ad ali=
quod depositum faciendum, vel
ad mittendum in manibus Cam=
merarij ex causis praestationis
promissionum faciat illud per Cam=
merarium dicti Communis recipi,
et

et non per alium, et quotiens aliquis
predictorum contrafecerit, contrafa-
ciens in C. libris denariorum Com-
munis Fulginei debeat condem-
nari, et ipsa obligatio, sive promis-
sio non valeat, nec teneat ipso
iure, nec ex ipsis aliquid peti pos-
sit, nec ius aliquod acquiratur,
sed auctoritate presentis Capituli
ab ipsa obligatione, sive promissio-
ne taliter facta sint dicti obliga-
ti totaliter absoluti, ita quod
nullo modo teneat obligatio supra
dicta. Et ipsam obligationem
dictus Camerarius recipiat pro
Communi. Et si contrafecerit,
vel venerit contra aliquod pre-
dictorum in C. libris denariorum
per Sindicum Communis Fulginei

condemnetur totiens, quotiens
fuerit contrafactum, et si per Po=
testatem, vel eius Officiales, seu
familiares fuerit contrafactum
sit venturum ille, cui factum
esset possit recursum habere
ad Capitaneum, et eius Iudicem.
Et ipse Capitaneus et eius Iudex
possit, et debeat audire, et cognos=
cere de predictis, et si Camerarius
promisit aliquid alicui nomine
dicti Communis, promissio ipsius
non valeat finito Officio Cam=
merarij supradicti, sed ex nunc
ipsa obligatio, et promissio ver=
gat ad subsequentem Cammera=
rarium pro Communi predicto.
Item quod nulla persona de Ci=
vitate Fulginei, vel districtu
vel

56v

vel aliunde possit, nec debeat ab
aliquo condemnato, vel condem-
nando aliquam rationem, vel causa
aliquod depositum recipere pena
et banno XXV librarum dena-
riorum pro quolibet, et vice qua-
libet, et Potestas teneatur vin-
culo iuramenti hoc bandiri face-
re per dictam Civitatem in prin-
cipio sui regiminis, et contenta
in hoc capitulo locum habeant
in presenti preterito, et futuro
tempore.

De Privilegijs Communis Fulginei conservandis

Rca XXIII.

Item dicimus, et ordinamus quod Potestas, Capitaneus, et Priores Populi Civitatis Fulginei infra mensem a principio eorum Officij teneantur, et debeant dare operam efficacem pro posse eorum cum effectu, quod Privileggia Communis Fulginei per Dnum Papam renoventur, et si aliqua alia de novo pro utilitate dicti Communis poterint acquiri, vel impetrari acquirantur, et impetrentur, et de pecunijs dicti Communis expendatur per Camerarium dicti Communis ad voluntatem Consilij infra mensem, et post Festum B. Feliciani pro predictis Privileggijs renovandis, ac etiam acquirendis.

Item

Quod nulla Persona de Ciuitate Fulginei cogatur ad cauandum

Rca. XXIIIJ.

Item dicimus, et ordinamus, et uolumus, statuentes, quod nulla Persona de Ciuitate Fulginei cogatur ad cauandum, nisi opus fieri esset deliberatum per Commune Fulginei, aut Domines communitur ipsius Communis, uel nisi apparuerit per reformationem alicuius Consilij, et huic capitulo nullum aliud Capitulum contradicat.

58r

De uendentibus Poma, et alias res

Rca xxv.

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla Persona de Ciuitate Ful=ginei, uel eius districtu emat, seu uendat aliquam grasciam maxime Bladum, Carnes uiuas, seu mortuas, Oua, Pullos, Pis=ces, uel Ligna, cuiuscumque generis aliter quam in Plateis dicti Communis, et locis consue=tis causa reuendendi, et qui=cumque contrafecerit tam uen=ditores, quam Emptores in XX. solidos denariorum pro uice qualibet, et quolibet Vendito=re, et Emptore Communi Fulgi=nei condemnetur. Et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem Banni. Et nulla Persona de Ciuitate

Ful:

Fulginei, vel districtu audeat, vel
presumat fructus Ortarum, vel
Vinearum vendere nisi eos ha=
buerint in suis Possessionibus
sive Terris, sive ad laboritium
~~num~~, coptimum, vel fictum con=
duct. diebus mensis Iunij, Iulij, et
Augusti, Settembris, et Octobris,
et qui contrafecerit pro qualibet
vice in XL. solidos denariorum
per Capitaneum Populi dicte
Civitatis vice qualibet Commu=
ni Fulginei condemnetur, Et
quilibet possit contrafacientem
accusare, et habeat medieta=
tem Banni. Item quod qui=
libet Pizzicaiolus, seu Pizzi=
caiola, volens vendere poma

seu fructus cuiuscumque gene=
ris in platea ab hostio domum
Sancti Feliciani citra, ex qua dic=
tam plateam solvat ~~dicte~~ com=
muni Fulginei pro toto anno
XL solidos denariorum pensi=
nonem in Calendis mensis Maii,
et capitaneus supradictus presens
capitulum bandiri faciat infra ~~[illegible]~~ octo
dies a principio sui regiminis,
et quicumque piccicaiolus, seu
piccicaiola vult, seu voluerit
vendere fructus, seu poma cui=
uscumque generis in platea
communis, seu pomarium coram
eodem capitaneo debeat com=
parere, et se facere scribi. Et si
dictam quantitatem non solve=
rit

rit Communi predicte nullo modo
possit, nec debeat stare ad uen-
dendum aliquid in dicta Pla-
tea, et si quis, uel si qua con-
trafecerit pro qualibet uice in
XX.ti solidos denariorum Com-
muni Fulginei condemnetur,
et de predictis Capitaneus seu
predictus inquisitionem face-
re teneatur. Item quod nullus
Pizzicaiolus, uel Pizzicaiola
possit, nec debeat nimari pannos
alicuius, nec suos, nec tobam
habere, nec aliquid turpitudinis
tangere, uel facere cum mani-
bus dum stabit ad uendendum
Poma, seu fructus in dicta Pla-
tea, et qui contrafecerit uice
qualibet Communi Fulginei

60r

quinque solidos denariorum sol=
vere teneatur, et quilibet possit
contrafacientem accusare, et ha=
beat medietatem Banni, et
nomen accusatoris teneatur se=
cretum. Item quod quilibet Ric=
cicatolus, et Riccicaiola morans
continue a blastio Boum pre=
dicto in Platea Beati Felici=
ani, seu Romanum, seu Cucina=
iolus, seu Cucinaiola volens
vendere Poma, seu fructus, ole=
ra, sive foleas solvat, et solve=
re teneatur quilibet ipsorum
et ipsarum Communi Fulginei
XL. solidos denariorum pen=
sionum pro quolibet anno di=
midium in Calendis mensis Maij
non obstante si pluris essent simul
et

Et si in unum discum habuerint
simul, et communiter eorum po-
ma, seu alios quoscumque fruc-
tus, seu olera ad vendendum, sed 22
quot fuerint quilibet, et quae-
libet ipsorum, et ipsarum dic-
tos XL solidos denariorum Com-
muni Fulginei solvere teneatur.
Et si Riccicaiolus, vel Ric-
cicaiola, Cucinaiolus, vel Cucina-
iola a muris domus extra per
tres pedes ad manus iusti do-
minis voluerit vendere poma,
fructus, seu olera supradicta,
quod ipsorum quilibet solvere
teneatur Communi dictam
quantitatem pecuniarum, et
a dictis tribus pedibus infra
muros predictos liceat eis, et
cuilibet ipsorum, et ipsarum ven-

dere, et emere sine pena, et
Banno. Et quod nullus Picci-
caiolus, vel Piccicaiola aude-
at vel presumat sedere in
Trivio ante domum, sive do-
mos filiorum Bartolocti si-
cut recte trahit Cantones di-
tarum domorum ad domum
Heredum Iocciri Petri, nec
aliquid ponere in dicto Trivio
ut via, et strata sit libera
transeuntibus, et qui, vel que
contrafecerit in XL solidis de-
nariorum vice qualibet Commu-
ni Fulginei condemnetur, et qui-
libet possit contrafacientem ac-
cusare, et habeat medietatem
Banni, et stetur Iuramento Ac-
cusatoris, et eius nomen teneatur
se-

secretum, Et nulla persona pos-
sit in dicta Platea habere, seu
tenere nisi unum discum tantum
longitudinis quatuor pedum ad
pedes manus iusti hominis, et
uno pede, et medio amplitudi-
nis, et unam sedulam parvam
causa sedendi. Et quod quolibet
sero debeat eas levare de Platea
predicta, et etiam reportare, Et
qui vel que contrafaciat in
quinque solidos denariorum
vice qualibet puniatur, et
cuilibet sit licitum contrafaci-
entem accusare, et habeat me-
dietatem Banni, et nomen accu-
satoris teneatur secretum, et sta-
tur Iuramento accusatoris, ad hoc
ut non possint impedimentum

62

euntibus de nocte pro custodia
dictæ Civitatis, et si discus, vel
pedrelas alicui remanserit de
nocte in platea prædicta sit li=
citum cuilibet personæ ipsos ac=
cipere, et habere in~~sfirmitum~~ impune
dummodo hoc locum non habe=
at de Banchis extantibus iuxta
domos existentes iuxta dictam
Platiam. Item quod Capitane=
us supradictus uinculo iuramen=
ti, et pena XX. librarum denari=
orum de suo salario infra mensem
à principio sui regiminis tenea=
tur facere eligi in Consilio Po=
puli dictæ Civitatis duos bonos
homines, qui ordinent dictas pic=
cicaiolas, Cucinaiolas, et Cucina=
iolas, et eisdem loca assignent in
Pla=

62v

Plateas prædictas, qui etiam tene-
antur eos, et eas contrafacientes
in prædictis, vel aliquo prædicto-
rum accusare, et denunciare,
et habeant medietatem Banni.

Item quod nulla persona cuius-
cumque conditionis existat pos-
sit, nec debeat à circhis novis
intus Civitatem Fulginei la-
vare, seu aliquo modo balne-
are cum acqua caules, nec ali-
qua alia olera cuiuscumque
generis existant, nec lattucas
lavare, balneare, seu alio modo
mundare pœna, et Banno X. so-
lidorum denariorum prò quali-
bet persona, et vice qualibet
qua contrafecerit, in quibus per
Capitaneum Populi dictæ Ci-

uitatis Communis prędicto deb-
beat condemnari. Et unicuique
Personę liceat contrafacien-
tem accusare, et habeat medi-
etatem Banni.

Item

De forma iuxtà flamineam facienda

Rica xxvj.

Item dicimus, et ordinamus quod Potestas, et Capitaneus, et eorum Officiales teneantur, et debeant facere cauari, et fieri formam per quam fluere, seu currere debet acqua iuxtà Flamineam, et fieri cauari, et ampliari debeat, ac incipi à Possessionibus filij Iuo-zuri de Villa Sancti Marcelli infrauersus ipsam Flamineam, ita quod possint fluere per formam ipsam duo Canales acque unus quorum Canalium fluere debe-at iuxtà Flaminiam de foris, et formam, que est iuxtà ipsam Flaminiam ex parte extera de foris per quam etiam effluat acqua fluminis, et per homines magis adiacentes, et habentes Possessiones iuxtà ipsam

Flamineam ipsa forma fieri fo-
di remundari, et ampliari debe-
at ita, et in tantum, quod sit
sex pedibus ampla sive larga,
et quatuor pedibus cupa, et be-
ne recta à capite usque ad Vil-
lam Rosarij, adeo quod dicta
aequa sine impedimento aliquo,
et una alia forma fiat, et ca-
uetur iuxtà dictam Flamineam
ex parte inferiori versus Ciuita-
tem Fulginei per homines, et
personas habentes possessiones
iuxtà ipsam Flamineam, quae
sit larga intus, et de foris quatuor
pedibus, et totidem cupa, et am-
pliatio dictarum formarum fi-
at, et fieri debeat ex parte terra-
rum, et non Flamineae. Et ad prae-
dicta

dicta facienda, et executioni
mandanda per proximos subsequen=
tes Priores Populi Fulginei fiat
et fieri debeat unus bonus, et suf=
ficiens superstes cum illo salario,
quod ijdem Priores eidem super=
sti duxerint, et eis placuerit
deputari. Qui superstes una cum
Notario, qui fuit deputatus su=
per vijs actandis superdit operi
dictæ formæ fiendæ et prædicti
superstes, et Notarius teneantur
præcise ità, et taliter facere cu=
rare, quod totum opus necessa=
rium dictæ formæ, et ipsa for=
ma tota fiat, et fieri debeat cum
effectu tempore regiminis subse=
quentium Priorum Populi supra=
dicti, qui Priores præcise teneant=

65r

rur, et debeant vinculo iuramenti
et pena XXV. librarum denari=
orum pro quolibet ad ipsam for=
mam fiendam tempore ipsorum
dare operam efficacem, quod per=
ficiatur in totum, in quibus
XXV. libris denariorum si predca.
facere fieri obmiserint per sub=
sequentes eisdem Priores Com=
muni Fulginei ipsorum quili=
bet condemnetur, et Notarius
reformationum teneatur, et
debeat eisdem Prioribus tempo=
re, quo iurabunt computare in
eorum sacramento, quod predic=
ta faciant executioni mandare.
Quid quid autem predictus su=
perstis in predictis exequendis due=
erit faciendum, quam in imposi=
tione

65v

tione penes quam in executione
ipsarum dummodo de volunta=
te ipsorum Priorum fecerit, va-
leat, et teneat, et plenam ha-
beat roboris firmitatem ad hoc
ut dicti pen(e)s veniant in Com-
mune Fulginei. Et quilibet ipsorum dic=
torum habentium possessiones iux=
ta dictam Flamineam, predicta
faciant possit suam possessionem
tantum adaequare libere sine
licentia alicuius, et quilibet
predictorum hominum debeat
et teneatur manutenere ipsam
Flamineam libera(m), et illesam
et formas predictas modo simili
et formas ipsas non reimplere
et cursum aquae minime impe=

66 r

dire, et qui contrafecerit in 5. soli=
dos denariorum Communi Fulginei
vice qualibet per Capitaneum
supradictum debeat condemnari,
et liceat unicuique contrafacien=
tem accusare, et habeat medie=
tatem Banni, et alia medietas
sit Communitatis, et credatur
Iuramento Accusatoris, qui
etiam Notarius, et Superstis, et
uterque ipsorum pro dictis om=
nibus exequendis imponere pos=
sint penas, et Banna, et aufer=
re pro Communi ab inobedienti=
bus prout de ipsorum, aut alte=
rius eorum processerit volunta=
te, teneatur etiam dictus Nota=
rius inquirere totam iurisdictio=
nem

66v

nem dictę Flaminię, et occupatori=
bus ipsius facere relapsari pena pręs=
titi Iuramenti, et nulla Persona
audeat, vel pręsumat aliquam
arborem ponere, sive allevare in
ipsa Flaminea, nec in Slipis di
usdem, et dictarum formarum
ex parte ipsius Flaminę, et si
quę albores ibi stantes tenea=
tur, et debeat dictus Notarius
ipsas facere levare, et removè=
ri. Item, quod nulla Persona
in dicta Flaminea ex parte
de foris, nec etiam à Possessio=
ne supradicta filij Tuccuri, ubi
dicta forma incipitur usque ad
Musulcum Flaminę intus ver=
sus Civitatem Fulginei, et nec

67

propè dictam Flamineam, sed extrà
ipsam, nec propè aliquam stradam
realem per decem merrengas, et
à Sancta Catherina uetere intus uersus
Ciuitatem Fulginei. Et à Sancto
Manno intus uersus dictam Ci-
uitatem, et à S. Polo intus uer-
sus Ciuitatem eamdem, et à San-
cto Eraclio intus uersus supradic-
tam Ciuitatem per XX. merren-
gas possit, nec debeat macerare
Canapam, uel linum, seu aliquid
maceratorium habere, seu face-
re, et qui contrafecerit in X. libris
denariorum uice qualibet Com-
muni Fulginei condemnetur
et quilibet possit contrafacientem
accusare, et habeat medietatem
Ban-

Banni, et nomen accusatoris te-
neatur secretum. Item quod in
qualibet via, quae reddit caput
in dictam Flamineam debeat
fieri unus Pons expensis hominum
adiacentium. Item quod quicum-
que habuit acquam praedictam
à Communi praedicto, seu per Camera-
rium ~~dicti~~ eiusdem Communis sibi vendi-
tam possit denuntiare coram
Capitaneo dictae Civitatis quam-
libet personam, quae auferret
acquam istam eidem, vel illi, cui
daretur per ipsum Conductorem
à Communi, et talis auferens sub-
iaceat Banno C. Solidorum de-
nariorum, et Potestas, et Capita-
neus praedicta omnia teneantur
observare, et observari facere sin-

culo Iuramenti, et pena C librarum denariorum, in quibus si negligentes fuerint per Sindicum dicti Communis ipsi Communi debeat condemnari. Item quod per Capitaneum supradictum elegatur unus bonus homo, qui faciat fieri unum bonum Pontem in contrata à domo filiorum Raynutij Massei Raynuccioni expensis hominum de filecto, et hominum habitantium à domo Filiorum Renuti inferius usque ad Villam Rosanj, ita quod de ipsis expensis unicuique imponatur prout utilitas consequetur.

Item

68v

De conseruando indepnem Se-
cundum Emptorem per
Venditorem Rca XXVIJ.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis uendidit, uel uendiderit in futurum, uel quocumque alio modo, uel titulo transtulerit rem aliquam et illam eamdem rem postmodum uendidit, uel uendiderit alteri, quod talis Venditor teneatur, et debeat secundum Emptorem, seu eius heredes conseruare indemnem eidem secundo Emptori, aut eius heredibus restituere pretium contentum in ipsa emptione secunda, et nihilominus talis Venditor pro tali fraude commissa in duplum ualoris rei uenditae per Capitaneum Populi Ciuitatis Fulginei Communis Fulginei debeat condemnari, et unicuique liceat contrafacientem accusare, et ad predicta probanda

De eo qui uendit rem duobus, quod fiat de de eius poena et uide stat. Cons. lib. 2. rub. 69.

sufficiat tantum si ipse accusa-
tor ostenderit de predictis uen-
ditionibus duo instrumenta pu-
blica, uel aliam probationem le-
gittimam, et ipsis instrumentis o-
stensis, et introductis pro bona,
et sufficienti probatione habea-
tur, et predicta Capitaneus Popu-
li dicte Ciuitatis teneatur facere
fieri cum effectu infra quindecim
dies post quam inde querelam
receperit, et coram eo propositum
et petitum fuerit. Quod si non
fecerit uel in predictis negligens
fuerit in C. libris denariorum
per Sindicum dicti Communis
ipsi Communi debeat condem-
nari.

Item

69v

Quod Breuia soluant datia, et collectas prò illis, qui non essent dè Iurisdictione Communis Fulginei Rùca XXVII.

Item dicimus, et ordinamus, quod prò illis personis, quæ non fuerint de Iurisdictione Communis Fulginei habentibus in dicta Ciuitate, vel eius districtu Bona teneantur soluere datia, et collectas prò ipsis Bonis, et rebus breuia ubi sicut scripta, et sita ipsa Bona prout fuerit scripta in Catastro, et libro, vel capitulo dicti Communis, et si dicta Breuia non darent operam efficacem, et non curarent ita, et taliter quod fructus ipsorum Bonorum, et rerum perueniant ad caput Breuia ipsorum si ipsæ Personæ forenses non soluerint datia, et collectas prò prædictis eius Bonis, et rebus

quod caput Breuium non possint

dictos Forensis pro predictis assi-

gnare, set teneatur soluere com-

muni predicto, et diuidere inter

homines ipsorum Breuium ipsa

datia, et collectas contingentes

ipsos Forenses pro predictis eorum

Bonis saluo, quod si predicta Bre-

uia acceperint fructus ipsorum

Bonorum, et assignauerit eorum

caput Breuium pro Communi,

quod non teneantur ad dationem

damnorum, et collectarum pro

dictis Forensibus, et si aliquis ex

dictis Breuibus, uel caput Bre-

uium ad aliam curiam occasi-

one predicta fuerit vocatus Po-

testas, Capitaneus, et Commu-

ne

70v

ne Fulginei faciant Sindicum,
et Procuratorem in Consilium,
qui Sindicus pro eis, vel eo, qui
vocatus, vel vocati essent fuerint,
vel fuerit compareat, et ipsos vo=
catos, vel citatos defendere de=
beat in quibuscumque Causis ex=
pensis Communis Fulginei, et
cuilibet capiet Breuium sit lici=
tum intrare Tenutam, et posses=
sionem dictorum Bonorum, et
rerum pro quibus datia solu=
rint sine alicuius contradictione
et alicuius Curie requisitione
capitulo aliquo non obstante,
et in Tenutam, et Possessionem
Bonorum Communis Fulginei quem=
libet predictorum defendere te=
neatur.

Quod nullum Capitulum apponatur in presenti Statuto pro aliqua Speciali Persona, nec contra Specialem Personam Rũa xxviij

Item dicimus, et ordinamus, et presenti Statuto firmamus, quod nullum capitulum apponatur in presenti Statuto pro aliqua speciali persona, nec contra aliquam specialem personam de Civitate Fulginei, vel districtu, et si aliquid appareret debeat elevari, et exnunc nullam habeat roboris firmitatem, sed sit cassum et vanum, et nullius valoris exceptis capitulis factis pro Officialibus, et contra Officiales dicti Communis, et pro Confalonerio Populi, sive Justitie dicte Civitatis, et contra rebelles, et proditores dicti Communis, et condemnatos per quoscumque Offi-

Officiales, et exceptis Capitulis loquentibus de Religiosis Perso-
nis, et pijs locis, et officio Cam-
merarij, et eius Notarij, et excep-
tis Capitulis factis, et faciendis
contra Camerarium, Massiarii,
et corruptores Officialium Com-
munis predicti, et contra illos,
qui condemnatus recenderi
consuluerint, et Capitulo fac-
to de Rinuenien moncorotia,
et carbonainas Ciuitatis predic-
tæ, quibus presens Capitulum
non possit in aliquo derogari.

Item

127

De Cippis in Palatio non tenendis

Rūa 30

Item dicimus, et ordinamus, quod cum indecens sit, et monstrum videatur tenere cippos in Palatio Communis in loco, ubi Ius redditur, et Consilium congregatur, qui in Sala ipsius Palatij dicti Cippi nullatenus teneantur, sed permaneant in Carceribus Communis praedicti.

Item

De Diuisionibus faciendis inter Consortes

Rca. 31.

Item ordinamus, et dicimus, Statu=
entes, quod si aliquis habent do=
mum uel Domos inter se diuisas,
et non clausas, nec separatas una
ab altera, et aliquis ipsorum pe=
tierit, quod claudatur Potestas
et Capitaneus, et quilibet ipsorum,
coram quo petitum fuerit tene=
atur, et debeat summariè sine
Strepitu, et figura Iudicij ipsam
Domum diuisam à partibus siue
Consortibus, uel uicinis claudi fa=
cere à terra usque ad summita=
tem Domus, uel Domorum dum=
modo ipsæ partes communiter fa=
ciant expensas ipsius Clausiminis
et mittant communiter casalenum
ubi Clausinum fuerit opportu=

num, et conveniens, et Potestas,
et Capitaneus hoc fieri facere
teneantur infra 15. dies post
quam inde querelam habuerint
et si non fecerint quilibet ipsorum
perdat de suo salario XXV. libras
denariorum, in quibus per Sin-
dicum dicti Communis eidem
Communi debeat condemnari,
et quilibet possit contrafacientem
accusare, et habeat medietatem
Banni, salvo, et reservato, quod
si quis non habuerit unde expen-
sas faciat pro sua parte clu-
sinum faciendi, quod pars pe-
tens ipsas recepta ab ipsa par-
te idonea cautione de resti-
tuendo medietatem omnium
ex

De Badastis Communis reinvemiendis

expensarum, quas ipse fecerit in tali flaeshimine deinde ad unum annum proximum complendum possit facere suis expensis, et si aliquis consortium voluerit murum alterius elevare, aut elevare facere possit suis expensis, et quicumque alius consors post dictam elevationem voluerit aliquid in dicto muro ponere seu lignas mittere, aut alias suas commoditates recipere, vel habere, quod non possit hoc facere donec consorti satisfecerit de expensis omnibus factis in dicto muro pro parte sua saluis pactis factis, et habitis inter contrahentis, et consortes

De Balistis Communis reinueniendis

Rca. 32.

Item dicimus, et ordinamus, quod Capitaneus Populi Ciuitatis Fulginei ac Priores Populi Ciuitatis eiusdem uinculo iuramenti, et pena centum librarum denariorum Communi Fulginei applicandorum teneantur, et debeant reinuenire, et reinueniri facere Balistas ad turnum siue ad duos pedes dudum impositas bonibus Ciuitatis Fulginei faciendo inquisitione, et indagatione solemni contra omnes, et singulos, apud quos dicte Balistre reperirentur, uel essent, aut modo aliquo peruenissent, ipsisque Balistis inuentis facere assignari ad

eius:

74v

custodiendum, et servandum
ipsas uni probo Viro pro quolibet
brevi s. Balistam sui Brevis,
et quod si qua ex dictis Ba-
listis esset perdita, seu perita
pro dicto Communi, seu in ser-
vitium ipsius Communis, quod
de pecuniis dicti Communis res-
tituatur, et mendetur alia Ba-
lista extimationis, et valoris dic-
te Baliste perdite hominibus
illius Brevis, quorum d.a Ba-
lista perdita fuisset. Item ordi-
nantur, et debeant Capitaneus,
et Priores predicti videre, et
videri facere omnes, et sin-
gulas Balistas impositas per
dictum Commune Fulginei.

specialibus personis de Civitate Fulginei, et districtu, quorum Bona erant in Libra dicti Communis V.c denariorum, et ab inde supra pro quolibet, et ipsas Balistas facere conservare ad servitium, et honorem Commu=nis predicti, et si ipse Baliste vel aliqua ipsarum reaptatio=ne aliqua indigerent faciant reactari habentibus, et ipsorum expensis, et teneantur Capita=neus, et Priores predicti, qui=bus libet sex mensibus ad mi=nus Balistas ipsas coram eis facere presentari, et deferri, et diligenter inquirere si ali=quea ipsarum Balistarum esset

per=

75v

perdita. Et si qua ex personis pre-
dictis non presentauerit se, seu
alius pro ea cum ipsa Balista
in termino assignato puniri debeat
per Capitaneum supradictum
in X. s. denariorum perusino-
rum pro qualibet uice, et predic-
ta, et quolibet predicti Capita-
neus, et Priores uinculo iuramen-
ti, et pena C. librarum dena-
riorum de eorum salario te-
neantur, et debeant executioni
mandare, in qua pena si ne-
gligentes fuerint, uel remissi
per Sindicum Communis predic-
ti ipsi Communi debeant con-
demnari.

76 r

De Iuramento prestando per Homines de capud acqua

Rca 33.

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus Civitatis Fulginei ad petitionem cuiuscumque petentis de Civitate predicta teneantur, et debeant iurari facere Consules, et omnes homines, et Mulieres de capud acqua, qui, et que pannum, et aciam curant salvitatem eorum artis, et singulorum, qui facent curare acciam, sive pannum, et si Potestas, et Capitaneus predicti hoc non fecerint, quilibet ipsorum in X. libris Communi Fulginei debeant condemnari.

Item

De Sententijs ferendis per Officia-
les Communis in Palatio Com-
munis Fulginei

Rca. 34.

Item dicimus, et ordinamus quod
Potestas, et Capitaneus Civitatis
Fulginei die, qua fiuntur Sen-
tentie condemnatorie et absoluto-
rie in Consilio generali teneantur li: 4. et in
et debeant proferre, et dare, et die rub. 64. et
92.
precedenti per dictam Civitatem fa-
cere bandiri, quod quicumque ha-
bet aliquid facere in Curia Com-
munis Fulginei in causa Mallio-
rum, vel qui, seu ubi habent
questionem mallionem, vel qui
ad audiendam sententiam debeat
interesse; et tale Bannimentum
sit, et habeatur pro vera citatio-
ne, et legittima, et perentoria, ac
si personaliter facta esset ipsa
citatio, et faciat contra non ve-
nientes, et non existentes in ipso

Consilio ueram, et legittimam ci=
tationem, ita quod de cetero con=
tra ipsam sententiam condem=
nationis, uel absolutionis aliquid
non posit opponi, dici, uel alle=
gari occasione predicta, et hec fi=
ant in Palatio Communis Fulgi=
nei et quando sententie feran=
tur ibidem

Item

77v

De violentijs factis Pupillis

Rca 35.

Primo dicimus, et ordinamus, quod
si aliquibus Pupillis seu minoribus,
uel miserabilibus personis seu minus
Potentibus ab aliquibus Magnis, uel
de Magnatibus, seu Potentibus fac
ta fuerit aliqua molestia, seu
uiolentia in aliquibus Possessioni=
bus Terris, uel rebus quibuscumque
quocumque tempore facta fue=
rint Potestas, Capitaneus, et Prio=
res Populi Ciuitatis Fulginei te=
neantur, et debeant pro dictis per=
sonis restituere, et restituere
facere in dictis suis Possessioni=
bus, et rebus alijs quibuscumque
non obstantibus exceptionibus
aliquibus de dicto, uel facto op=
positis, ex quo de molestia con=

stiterit, de quibus, et super quibus
predicti Officiales summarie sine
strepitu, et figura Iudicij, et
omni iure, et ordine, substantia
et solemnitate ommissa cognos=
cere possint, et teneantur. Et
predicta, et quolibet predictorum
predicti Potestas, et Capitaneus,
et Priores Populi, ac etiam Con=
falonerius Iustitie teneantur
et debeant vinculo Iuramenti,
et pena C librarum denariorum
pro quolibet contenta in hoc Ca=
pitulo facere observare, et adim=
plere, et executioni mandare.
Et in quantum dicti Potestas
Capitaneus, et Priores remissi
fuerint, sive essent in executio=
ne

ne premissorum Gonfalonerius su=
predictus facere possit, et tene=
atur per se ipsum sine ullo dilla=
mentis, et penas predictas ad peti=
tionem cuiuscumque petentis

De hys qui debent trahere ad extinguendum ignem

Rc̃a 36.

Item dicimus, et ordinamus quod
si contigerit in aliqua domo
Civitatis Fulginei ignem ele-
vari, et propter ipsum ignem
incendium, et obustionem dic-
te domus deguastaretur aliqua
alia domus in toto, vel in parte,
quod per Commune Fulginii sa-
tisfiat illi, cui talis domus de-
guastata fuerit secundum exti-
mationem fiendam de domo
ipsa uti Potestati, et Capitaneo
videbitur convenire. Item quod
ad dictum ignem extinguendu(m)
ordinentur, et eligantur per Ca-
pitaneum, et Priores Populi
dicte Civitatis .VI. boni homi-
nes inter quos sint, et esse de-
beant

bicant omnes, et singuli magistri
lignaminum, et lapidum civita=
tis Fulginei, qui muniti armis
trahant ad dictum ignem extin=
guendum, ubi, et quotiens fuerit
opportunum, et ad custodiendum
bona, et res hominum dictae con=
tradae, in qua fuerit dictus ignis,
et habeat quilibet dictorum
magistrorum lignaminum, et
lapidum quando ad aliquem
ignem extinguendum traxerint
a communi Fulginei duos s.
denariorum habita provisione
habitanti, et considerata quali=
tate ignis. Et quicumque prae=
dictorum non traxerint ad ignem
praedictum solvat vice qualibet

80r

Communis Fulginei nomine Ban-
ni XX. solidos denariorum, et
si furtum factum fuerit in du-
cta Contrada, et talis furtus
non inveniretur emendetur per
dictos VI. homines. Item quod
Capitaneus Populi supradicti
expensis Communis Fulginei
faciant fieri XX. uncinos de
ferro, qui dentur viginti homi-
nibus, prout videbitur Capitaneo
supradicto, qui trahant ad extin-
guendum ignem cum uncinis pre-
dictis, ipsosque teneant pro Com-
muni predicto. Item quod nul-
la alia persona ire debeat ad
extinguendum ignem nisi predic-
ti VI. homines sine licentia
Po-

testatis, et Capitanei, et qui
contrafecerit soluat nomine
Banni Communi Fulginei
C. solidos denariorum saluo
quod Vicinis, et Consanguineis
proximis ad dictum patientem
incendium sine pena, et Ban=
no. Item quod si aliqua mu=
lier causa portandi aquam
ad dictum ignem aliquam Broc=
cam, siue Amphoram fregeri=
tur eidem emendetur per Com=
mune Fulginei scilicet ~~...~~
pro qualibet Brocca, seu Amphi=
ra fracta dicta occasione XII
denarios, et Cammerarius dicti
Communis stet simplici verbo
mulieris, et predicti VI Comi=

nes diuidantur per dicinos, et
acquirantur per Notarium
Potestatis.

Item

Quod Bona exbanditorum tene=antur, et capiantur pro communi Fulginei, ac vendantur Rca. 39.

Item dicimus, et ordinamus quod
omnia Bona exbanditorum com=
munis Fulginei capiantur, et
vendantur pro Communi Fulgi=
nei, et per ipsum Commune,
et fructus ipsorum Bonorum
auctoritate presentis Capitu=
li sint Communi Fulginei pro=
citati, et ipsi fructus non com=
putentur in sortem condemna=
tis, donec condemnatus, seu
Bannum solverit Communi
Fulginei integre cum effectu,
et Camerarius Communis Fulgi=
nei auctoritate presentis Capituli
sit Sindicus dicti Communis ad
recipiendum dicta Bona et
ea locandum, et fructus ex

ipsis percipiendis pro dicto Com-
muni; et predicta Potestas, et
Capitaneus predicti sub pena mil-
le librarum denariorum sine
diminutione aliqua teneantur,
et debeant facere observari.
Et Camerarius dicti Communis
predicta facere teneatur pena
prestiti iuramenti, et L. libra-
rum denariorum Communi Ful-
ginii applicandorum. Item quod
nulla persona, que esset exban-
dita in aliqua quantitate pe-
cuniarum Communi Fulginii
in iure non audiatur nisi primo
fuerit rebandita, et quantita-
tem, in qua fuerit exbandita
solverit Communi predicto nec
etiam

Penam facien-
tis exbannito-
rum vide dic, et vide
maiorem in
rub. 90: 91. et 101

82v

nec etiam eiusdem extanniti ipso=
dicti Procurator, seu Advocatus,
nec aliquis alius pro eo. Et qui=
cumque pro aliquo extannito
dicti Communis aliquam procu=
rationem fecerit, seu advocatio=
nem coram aliquo Officiali dic=
ti Communis prestiterit in X. li=
bris denariorum Communi Zel=
ginei condemnetur vice quali=
bet, et quilibet possit contrafa=
cientem accusare, et habeat me=
dietatem Banni. Item quod
Bona exbannitorum, et condem=
natorum dicti Communis per
Sindicum ad hec ordinatum
vendantur, et concedantur for=
~~Sitai~~libus, et Sindicis Societa=
tum, Castrorum, Villarum, et

locorum districtus, et Civitatis Fulginei, in quibus tales exban=diti, et condemnati morabantur tempore Banni, et condemnatio=nis dati, et lati contra eos ad dictam emptionem supradictorum bonorum faciendam Consules, et Sindici supradicti Communis nomine, et vice hominum quo=rum Consules, et Sindici fuerint per Potestatem, et Capitaneum dictae Civitatis rogantur, et ven=dantur, et tradantur eisdem pro minori pretio eius, quo ipsa Bo=na reperiuntur extimata in li=bro Communis Fulginei, et si aliqua ex ipsis Bonis extimata non esset extimentur per duos bonos homines ponendo ad hoc

per

83v

per dictum Potestatem, et Ca-
pitaneum, et prędictos, et quo li-
bet prędictorum Potestas, et Ca-
pitaneus supradicti, et quilibet
ipsorum teneantur, et debeant
vinculo Juramenti, et pena
C. V. librarum denariorum de eorum
salario, in quibus si contrafece-
rint per Sindicum dicti Com-
munis ipsi Communi debeant
condemnari infra mensem post
latam sententiam de tali exban-
nito, et condemnato facere, et
fieri facere, et ea exequi cum
effectu.

De rebus Communis reinuenien=
dis, et de Officio Capitanei

Rubrica 38.

Item dicimus, et ordinamus, quod
Capitaneus Populi, et Ciuitatis,
et eius Iudex, et Notarius praedi=
cti sine diminutione aliqua te=
neantur, et debeant defendere,
saluare, et manutenere Castrum
Verdiani, Castrum Populi, Ca=
strum Collis Floriti, et Castrum
Basilicae, ac Collis Banditi cum
omnibus, et singulis iuribus, et
pertinentijs eorum. Et omnes, et
singulos uenientes ad habitandum
in dictis Castris, et Colle Banditi
praedicto, et Podium Carlisti cum
aliis possessionibus, et iur. ipsius
Communis. Et quod Capitaneus
praedictus, qui pro tempore fuerit
infra unum mensem post festum
Beati Feliciani teneatur, et de=
beat,

Capitaneus in principio sui Offi. capiat nouam tenutam Castri Verdiani, et aliorum hic descriptorum pro Communi Fulginei

beat, et recipere novam Tenutam, et Possessionem pro dicto Commu=
ni de dictis Castris, Terris, locis, Possessionibus, et Iuribus, ut con=
tinetur, et apparet in Instro scrip=
to manu Moysy Bonaduccis Nota=
rij, et omnium aliorum Notario=
rum de Civitate predicta, et
de Castro Montis Aueti, Montis
Sancti Castri Caput d'acque, et a=
lijs medijs et de omnibus alijs
medijs pertinentibus ad ipsum
Commune. Cum quo quidem Ca=
pitaneus, Camerarius dicti Com=
munis accedere debeat, et eius=
dem Camerarij Notarius ad scriben=
dum Tenutam omnium predic=
torum, et sic dictus Camerarius
auctoritate presentis Capituli te=

gitimus Sindicus Communis prae=
dicti ad intrandum, et apprehen=
dum Tenutam, et Possessionem
dictorum Castrorum, Bonorum
Possessionum, et Iurium Commu=
nis praedicti, sicut esset a genera=
li Consilio dictae Civitatis ordi=
nariae constitutus, et auctorita=
te Potestatis, et Capitanei ad
praedicta omnia, et singula faci=
endum. Et praedicta omnia, et
singula dictus Capitaneus tene=
atur facere observare, et Senten=
tia, sive Sententiae, Praecepta
aut Instrumenta contra praedic=
ta, vel aliquid praedictorum non
admittantur, sed sint cassa, et
vana, et nullius valoris. Et vo=
lens ipsis uti nullatenus audia=
tur

85v

tur. Et specialiter omnia que
Scripta sunt manu Francisci Ma=
rie Raineri Notarij olim, vel
alterius cuiuscumque Notarij,
sint cassa, et vana, et quod
Terre et Possessiones, que sunt
divise cum Vassallis Communis
Felgine terminentur, et mensu=
rentur, ita quod non possint mi=
nui sotradi, vel apprendi per ali=
quam Personam, sicut melius
fieri potest. Item quod dictus Ho=
spitaneus teneatur, et debeat fa=
cere fieri domus in Casaleno
dicti Castri Verdiani intra mu=
ros novos dicti Castri, et assigna=
tas hominibus dicti Castri videli=
cet cuilibet in Casaleno sibi as=
signato, et dato. Et quod omnes

domos dicti Castri, et quamlibet
ipsarum faciant reaptari, et
edifici, itaquod omnes homines
Castri eiusdem habeant, et ha=
bere debeant domos in ipso Castro
pena L. librarum denariorum
pro qualibet ipsorum, que pene
dicto Communi Fulginei appli=
centur, et si predicta mandato
dicti D. Capitanei non fece=
rint, seu facere contempserint
in pena predicta Communi Ful=
ginei applicanda puniantur
et specialiter condemnentur. Item
dicimus, et ordinamus, quod dic=
tus Capitaneus eligat, et eli=
gere debeat tres bonos, et idone=
os homines ad videndum Casale=
na

86v

nae prędicti Castri Verdiani,
quę divisa non essent, et ad re=
inueniendum omnes, et singulas
Possessiones pertinentes ad iuris=
dictionem dicti Castri, et de Iu=
ris, et Possessionibus dicti Castri
ita quod omnes Possessiones dicti
Castri reducantur in tres fundos,
siue Campos, et ad alia facienda
circa prędicta, quę ad utilita=
tem dicti Castri uidebuntur ex=
pedire, et quod ea, quę per
prędictos facta fuerint in prę=
dictis habeant roboris firmita=
tem, ac si per dictum Commune
Fulginei facta essent, et quod
Capitaneus Populi dictę Ciui=
tatis una cum Prioribus dicti

87[2]

Populi vinculo Iuramenti, et
pena C Librarum denariorum
de suo salario teneantur, et
debeant accedere ad possessio-
nes, quas Commune Fulginei
habet in Contrada Scazzani
emptas per Sindicum dicti
Communis à Petriolo Domini
Ioannis, et de ipsis possessio-
nibus tenutam intrare, et ap-
prehendere, et expellere here-
des dicti Petrioli, et quamlibet
aliam personam, que ipsas te-
nent nisi pro Communi predic-
to, et quod dicte possessiones
non locentur filio dicti Petrio-
li, vel alteri pro eo. Item quod
Capitaneus predictus teneatur,
et

87v

et debeat cum Sindico dicti Com=
munis infra mensem à principio
sui regiminis intrare tenutam,
et possessionem nomine dicti
Communis de Bonis, terris, et
possessionibus, que, et quas dic=
tum Commune habet in Castro
Collis Honti secundum emptio=
nem factam per Commune pre=
dictum à Domino Rainaldo do=
mini Neapolionis, et à Domino
Brancalone, et ipsa Bona
locare ad affictum illis perso=
nis, quibus uidebitur Capitaneo
Sindico, et Dominis Prioribus po=
puli Ciuitatis eiusdem, et si Ca=
pitaneus negligens fuerit in pre=
missis condemnetur dicto Communi,
et Sindico dicti Communis in L lib.
denariorum

882

Denouis Societatibus tollendis

Rca 39.

Item dicimus, et ordinamus ad hoc, ut Civitas Fulginei quietè, et pacificè perseuerit, et omnia scandala, et seditiones remaneant, et omnis tollatur materia malingiandi, quod omnes, et singulæ societates nouæ Civitatis Fulginei, eiusque districtus, et quæ actenus consueuerunt nouæ societates appellari auctoritate præsentis Capitulo sint cassæ, et intelligantur cassæ et nullius ualoris, atque momenti nisi de licentia Potestatis, Capitanei Priorum, et Confaloneris Populi approbarentur, et fierent.

Item

88v

De adiutorio fiendo in opere Ecclesie Sti Delitiani de Mormonsone Rca. 40.

Item dicimus, et ordinamus, quod nul=
la persona de Civitate Fulginei
vel districtu, vel etiam aliunde
qui substinuerit, vel substinuerit ali=
quam iniuriam, vel offensam si=
bi factam ad vindictam ipsius
offensae, vel iniuriae debeat iniu=
riare, vel offendere seu iniuri=
ari, vel offendi facere aliquam
aliam personam propinquam
vel attinentem in aliquo gradu pa=
rentelae iniuriantis, et si fecerit
vel facere praesumpserit puniatur
et condemnetur Communi Fulgi=
nei pro qualibet vice, qua fue=
rit contrafactum, et pro qualibet
iniuria, vel offensa in quadruplo
illius quantitatis, in qua conde=
nari deberet, si praedicta fecisset
vel fieri fecisset ei, qui ipsum
iniuriavit, vel offendit. Et potes=
tas

facilius vindic=
tam transgres=
sam punitur
poena quadru=
plicata vid.
in lib. Ioan. Lu=
cii lib. 4. n.
104. et in stat.
Com. lib. 2° rub.
...

poena quadru=
pli

124v

tas teneatur vinculo Iuramenti,
ac pena C. librarum denariorum,
presens Capitulum integrè observa=
re, quod Capitulum sit precisum
cui nullum aliud Capitulum an=
te, vel retro positum contradicat.
Et predictus Potestas teneatur ban=
dirò facere per dictam Civitatem
Fulginei infra quindiaim dies
à principio sui regiminis.

125

De receptantibus fugientes ante familiam

Rca 53.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis receptaverit aliquem, vel aliquam fugientem ante familiam Potestatis, vel Capitaneum dicte Civitatis Fulginei qui, vel que fugerit propter aliquod maleficium, quod commisisset in persona, vel rebus alicuius de die, vel de nocte, et ipsam personam dicte familie non reasignaverit, seu reasignare contempserit eamdem personam tenendo, vel occultando vel alio modo euadendo puniatur, et condamnetur pro quolibet, et vice qualibet, qua contrafecerit in ea pena qua condemnari deberet talis fugens propter maleficium per eum commissum. Et propter contemptum puniatur, et condemnetur Communi Fulginei soluere donem; Et quod Potestas et Capi-

rius, et eorum officiales vinculo iuramenti, et pena lib. librarum denariorum teneantur, et debeant integre observare predicta, et contrafacientes in penis predictis, et bannis punire, et condemnare. Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum contradicat.

Quod Potestas, et Capitaneus obseruent capitula loquentia de Macellarijs, Molendinarijs et Fornarijs. Rica 58.

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus Ciuitatis Fulginei teneantur, et debeant vinculo Iuramenti taliter facere et curare, et dare operam cum effectu, quod Capitula loquentia de Macellarijs, Tabernarijs et Fornarijs, Mollarijs, et Pizzicaiolis, et singula alia Capitula Communis, et Populi dictae Ciuitatis per ipsos Artifices integre obseruentur, et generaliter per quamlibet aliam Personam sicut in ipsis Capitulis plenius continetur. Et ut ipsa Capitula melius valeant obseruari statuimus, quod dictus Potestas teneatur mittere unum ex suis Notarijs, ac etiam deputare se

Etiam Not. extraordinarius

per obseruationem fieri facien= da de capitulis superius ex

pres=

126v

p(re)s(id)ij, et quolibet ipsorum. Qui
Notarius p(re)cise teneatur, et debe=
at ad penam XXV. librarum dena=
riorum quolibet mense facere in=
quisitionem de d(ict)is contrafacienti=
bus, et ipsos contrafacientes puni=
re, et condemnare secundum for=
mam dictorum Capitulorum Com=
munis p(re)dicto sub pena p(re)dicta
Communi Fulginei applicanda
quotiens p(re)sens Capitulum non
fuerit observatum.

De grano Communis non vendendo Officialibus communis Rca 59.

Item dicimus, et ordinamus quod
Potestas nec Capitaneus, nec aliquis
alius Officialis Civitatis Fulginii
possit nec debeat aliquo modo, vel
causa recipere, vel habere de Gra=
no Communis Fulginei, et si contra=
fecerint Potestas, et Capitaneus, et
quilibet ipsorum in CC. libris de=
nariorum Communi Fulginei con=
damnetur vice qualibet. Et Came=
rarius dicti Communis teneatur
dictis Officialibus, vel alicui
ipsorum de dicto Grano non da=
re aliqua ratione ad penam C.
librarum denariorum pro quali=
bet vice, et nullus habens Molen= Habens molen=dina Communis ad afficium non possit granum dare Potestati, et Capitaneo
dina Communis Fulginei ad affic=
tum det, nec dare debeat predictis
Potestati, Capitaneo, vel alicui
ipsorum Officialium, vel Fami=
liari pro eis, vel aliquo ipsorum

de

de Grano, quod tenetur dare Communi predicto pro affictu ipsorum Molendinorum, et si dare perdat ipsum Granum, et in solutione dicti minimè computetur. Et predicta Potestas, et Capitaneus, et Camerarius teneantur, et debeant observare sub pena prestiti Iuramenti, de quo Grano non possit hinc ad Calendas Mensis Maij vendi aliquo colore quesito.

quod Granum Communis non vendatur usque ad Calendas Mensis Maij

De actatione Castrorum Rasiliæ, et Verchiani

Rũa 60.

Item dicimus, et ordinamus, quod Castrum Rasiliæ, et Castrum Verchiani actentur, et actari debeant expensis Communis Fulginei ad sensum, et voluntatem Consilij generalis, quod erit pro tempore, et prout eidem Consilio videbitur melius, et utilius convenire. Et in Castro Morri fieri debeat una Turris bene actata expensis Communis prædicti, et expensis hominum adiacentium dicto Castro Morri fieri debeat unum Cassanum de lapidibus, calce, et arena muratum. Et homines adiacentes in dicto Castro teneantur, et debeant solvere, et contribuere in expensis, quæ fierent pro opere dicti Castri. Et hoc fieri debeat prout, et quando videbitur dicto Consilio generali dictæ Civitatis.

Item

Quod in persoluendis Datijs, et Collectis equa forma serue-tur   Rca 61.

Item dicimus, et ordinamus, quod in
persoluendis datijs, et collectis equa
forma seruetur omnibus personis
maioribus, mediocribus, et mino-
ribus, et quod omnes possidens, quesi-
ti, et positi sunt in territorio
Ciuitatis Fulginei, et districtus
pro utilitate dicti Communis,
et omnes datas, et collectas prestent,
et soluant auctoritate presentis
Capituli, et Statuti, et prestare
penitus teneantur. Et nulla perso-
na a prestatione dicti datij, et col-
lecte, prerogatiua aliqua priui-
legij, uel persone ualeat excusari,
sed teneatur penitus ipsa datia,
et collectas dicto Communi solue-
re secundum libram, et apprecium
ipsius. Et ut dolus, et fraus ne-
mini patrocinari possit. Statui-
mus, quod si quis uendiderit, uen-

stulerit, donauerit, uel quocumque
modo, siue titulo alienauerit ali=
quam rem alicui, qui non posset,
seu nollet pro ipsa re soluere da=
tium, et collectam, seu quod occa=
sione aliqua excusare se posset
quod talis venditor cogatur de fa=
cto, et donator, seu obligans, seu
qui vendiderit, donauerit, seu obli=
gauerit soluere datium, et collec=
tam pro ipsa re, ac si possideret
eandem. Et intelligatur venditio
seu donatio, uel datio esse facta
dolo eo ipso, quod facta esset in ali=
quam personam, quae communi iudi=
cio non soluat datia, et collectas.
Et quicumque possideret aliquam
possessionem pro illa possessione
quam possidet teneatur, et debeat
soluere datium, et collectam se=
cundum extimationem ipsius
pro

prout reperitur in extimatione dic-
ti Communis non obstante aliqua
exceptione dummodo predicti possint
et debeant constringi in Curia Com-
munis Fulginei ad dandum, et
soluendum Datia, et Collectas, et
ipsa Datia soluant, et ad omnia
alia, et singula obsequia facien-
da cogantur sicut quilibet Ci-
uis Ciuitatis Fulginei Item quod
quicumque de Ciuitate Fulginei,
et districtu in aliquam Personam
que non posset, ut dictum est con-
stringi aliquid alienauerit, uel
transtulerit de iure, uel de facto,
quod ad diminutionem alicuius
rei, que reperiretur in extimo dic-
ti Communis, talis alienans, uel
transferens non admittatur, sed te-
neatur, et debeat soluere Datia
et Collectam, et ad omnia alia

130r

obsequia facere pro ipsa re sicut
supra dictum est, ac si ipsam rem
pacifice possideret, et pro possessore
habeatur non obstante alienati=
one predicta. Item si esset ali=
cui pecunia extimata in extimo,
seu appretio dicti Communis, et
de ipsa pecunia emerit aliquam
possessionem, seu aliquas possessi=
ones, vel quocumque modo acqui=
rerit, quod pro illis rebus, quas eme=
rit, seu acquisiverit teneatur
solvere datia, et collectas secun=
dum, que dicta res cuicumque
fuerit extimata. Et si aliqua res
reperiretur extimata pluribus per=
sonis solummodo ille, qui possidet
solvat datium pro ipsa re. Et si
aliquis reperiretur inter personas
aliquas error occasione extime
non recte facte, ut puta, quod
in=

inueniretur inextimata, que esset
alterius, uel alio quocumque mo-
do teneatur Capitaneus dicte Ciui-
tatis ipsam questionem decidere
et sibi uidebitur de iure, ita tamen
quod extimus, siue appretium Com-
munis predicti minime minuatur.
Et quod nullus Aduocatus, seu Pro-
curator, uel alia persona que-
cumque audeat, uel presumat al-
tare, siue dicere coram aliquibus
Officialibus dicti Communis pro
aliqua persona propter quod da-
tium dicti Communis possit in
aliquo modo minui, et quod dic-
tum Capitulum possit in aliquo
modo infringi, seu corrigi pena
C. librarum denariorum pro quoli-
bet, et uice qualibet. Qua pena
incontinenti dictus Capitaneus

nullus possit aduocare uel procurare pro aliquo contra libram, et extimationis

sinè alia inquisitionè teneatur
à contrafacientibus tollerè, et exi=
gerè prò dicto Communi sub pena
6. librarum denariorum Commu=
ni Belginei applicandorum, et
vinculo Juramenti. Item disig=
namus, et ordinamus, quod si aliquis
non posset, seu nollet in Curia Com=
munis Belginei conueniri, quod
contempserit, seu contenderit sol=
uerè datium prò aliqua Possessio=
nè adlibrata in Catastro dicti
Communis, quod proximior Consan=
guineus ipsius cogatur per Potes=
tatem, et Capitaneum, et quemli=
bet alium Officialem ad soluen=
dum datium prò ipsa Possessionè
seu ipsis Possessionibus. Et hoc dic=
ti Officiales, et quilibet ipsorum
teneantur, et debeant precisè

exe=

cutioni mandari ad penam V.° li=
brarum denariorum. Item ordina=
mus, et dicimus, quod Libra dic=
ti Communis noviter facta, et
scripta in cartis Bombicinis scri=
batur, et redigatur in cartis pecu=
dinis, et in quolibet Terzerio fiant
duo Libri, unius quorum repona=
tur, et conservetur in Sacristia
Fratrum Minorum, et alius re=
maneat in Camera Communis
Fulginei. Item quod dicti Libri
sint sex, tres quorum reponan=
tur in dicta Sacristia, et reli=
qui tres in dicta Camera. Et
ad scribendum Libros predictos eli=
gantur per Priores Populi Fulgi=
nei cum quatuor probis Viris pro
quolibet Terzerio eligendis ad hoc
per Priores predictos tres legales

et experti Notarij de Fulginio. Et
quod salarium ordinetur, et fiat
Notarijs supradictis pro scriptura
predicta antequam fiat ipsorum
electio. Insuper ordinamus, et
dicimus, quod omnes, et singulæ
Possessiones cuiuscumque condi=
tionis existant situatæ in Ciui=
tate, et districtu Fulginei sint
Emphiteotariæ, ac tributariæ Com=
munis Fulginei, et quod pro Em=
phiteotarijs, ac tributarijs dicto
Communi ex nunc pro ex tunc
penitus habeatur.

Item

1321

De Fontibus actandis

Rca 62.

vid. aliud stat. infra 110.

Item dicimus, et ordinamus, quod ubi=
cumque est aliquis Fons in Civita=
te Fulginei homines de Contrada
ubi positus est talis Fons tenean=
tur, et debeant actare ipsum Fon=
tem, et taliter facere, et curare, quod
acqua, quae labitur, seu spargitur
de dicto Fonte non fluat, nec de=
currat, vel labatur per Viam, seu
Vias ante domus aliquorum vici=
norum, et Potestas, et Capitaneus
vinculo iuramenti, et poena C li=
brarum denariorum teneantur pred.
dicta omnia, et singula facere exe=
cutioni mandare, et fieri cum ef=
fectu infra decem dies postquam
requisiti fuerint ad petitionem cu=
iuscumque petentis, et querentis
expensis illorum, qui talem Fontem
fieri fecerint, et si Potestas, et Ca=
pitaneus in predictis fuerint ne=

gligentys in C. libris denariorum
Communis Fulginei per Sindicum
Communis ipsius pro quolibet de-
beant condemnari, et hoc Capitu-
lum sit precisum in qualibet
parte sui. Item quod in Fontibus
et circa Fontes dicte Civitatis
Fulginei nulla persona lavet
pannos, Coria, nec aliquid aliud
turpe, nec aliquid turpe Vas in
aliquo dictorum Fontium, nec
prope ipsum Fontem per unam
mezzengam, et qui contrafecerint
vice qualibet in XL solidis dena-
riorum Communis Fulginei, qui
per Capitaneum supradictum con-
demnentur, et ad hoc ut predicta
omnia observentur Capitaneus
supradictus precise sub prestiti
Iuramenti teneatur, et debeat in-
fra quindecim dies à principio sui
re-

133v

regiminis facere eligi duos custo-
des in qualibet contrada, ubi est
aliquis fons in dicta civitate Dul-
ginei, qui custodes iurati teneantur,
tur, et debeant accusare omnes con-
trafacientes, et stetur iuramento ac-
cusatoris; et quilibet alius possit
contrafacientem accusare, et ha-
beat medietatem banni, et nomen
accusatoris teneatur secretum.
Item quod Capitaneus supradictus
ad requisitionem cuiuscumque
personae teneatur facere aptari,
et remundari, ac reparari omnes
fontes civitatis Dulginei, et quem-
libet ipsorum expensis adiacenti-
um, ita quod continue sint in ip-
sis fontibus, et quolibet ipsorum
aquae ad sufficientiam, et Capi-
taneus ante scriptus, et alii Offici-
ales praedicti fieri faciant infra

unum mensem post quam peti-
tum fuerit ab ipso Capitaneo pena
prestiti iuramenti, et quod nul-
lus audeat derivare de ipsa ac-
qua conducti sive Fontis, qui
sit in aliqua Contrada predicte
Civitatis in preiudicium alicu-
ius Fontis sine voluntate Domi-
norum, qui fieri fecerunt dictum
Fontem ad penam X. librarum
denariorum. Item quod nullus
Macellarius audeat, vel presu-
mat abluere sibi manus in ali-
quo Fonte dicte Civitatis, nec
in Speraglis, nec prope Fontem
sive Speraglium, nec aliquid
aliud in ipsis Fontibus, sive Spe-
raglis abluere, quod sanguino-
lentum sit. Et qui contrafece-
rit si in predictis in C. solidis dena-
riorum Communi Fulginei con-
dem-

demnetur, et quilibet possit contra=
facientem accusare, et habeat me=
dietatem Banni, et nomen eius
teneatur secretum, et alia medi=
etas sit dicti Communis, et nul=
lus de Civitate Belgindi, uel di=
strictu, uel etiam aliundè au=
deat, uel presumat acturare, uel
claudere, uel acturari, seu clau=
di facere aliquem Fontem, seu
speraglium dictæ Civitatis, nec
Cloacam, uel Conductum ipsorum
Fontium, nec aliquo modo impe=
dire cursum acquæ dictorum
Fontium, nec aliquo modo acqua
predicta fluat, uel frangat per
stradas, uel Vias. Et qui contrafe=
cerit soluat nomine Banni XL
solidos denariorum pro quolibet
et uice qualibet, in quibus pe=
nis, et Bannis debeant penitus

condemnari, et quilibet possit
contrafacientem accusari, et ha-
beat medietatem banni, et
nomen accusatoris teneatur se-
cretum, et stetur iuramento
accusatoris. Item quod Potestas
et Capitaneus vinculo iuramen-
ti, et poena XXV. librarum de-
nariorum teneantur, et debeant
52 ad petitionem cuiuscumque pe-
tentis facere reaptari, et repa-
rari quemlibet fontem de quastu-
tem in districtu Fulginei expen-
sis hominum, et personarum adia-
centium ipsi fonti, et hoc facere
fieri teneantur ipsi vel alter
ipsorum, coram quo petitum fue-
rit. Et ipsi Potestas, et Capitane-
us, aut alter ipsorum, coram quo
petitum fuerit infra mensem
post quam fuerit postulatum
te-

teneantur, et debeant predicta
exequi cum effectu. Et si in predic-
tis, vel aliquo predictorum fue-
rint negligentes in predictis penis
per Sindicum dicti Communis ipsi
Communi debeant condemnari.
Item, quod nulla persona in dic-
ta Civitate Melginae possit, nec
debeat habere aliquem fontem
in domo ad penam, et Bannum
25. librarum denariorum, nisi
tantum ad cannellam clausam
ad clavim, dummodo aqua, que
exiget de dicta cannella non
redeat ad conductum, et Potestas
et Capitaneus, vel alter ipsorum
teneantur inquirere vinculo iu-
ramenti infra mensem a princi-
pio eorum regiminis contra om-
nes, et singulos habentes ipsos fon-
tes, et inventos aliter quam dic-

supra describitur facere dequastari, et pontem predictum cum Cannella predicta, et ipsam Cannellam, quas habere non possit modo quo supra nisi de predictorum Rectorum patenti licentia licentia. Et hoc dicti Officiales teneantur facere Banniri, ut homines sciant et contrafacientes post dictum Bannum in dicta pena penitus condemnentur. Et quod predicti Potestas, et Capitaneus teneantur, et debeant vinculo iuramenti, et pena C. librarum denariorum pro uno quoque ipsorum facere claudi infra quindecim dies à principio eorum regiminis, et omnes, et singulos Speraglios de dicta Civitate permanentes super conductis

ac

aquae stantes ita quod ex ipsis
aquae trahi non possit. Et quod
speraglij qui extant ante domum
filij Valentij, et iuxta portam
ulterim contradae abbatiae penitus
claudantur cum lapidibus adeo
bene, et firmiter, quod elevari
non possint nisi tantum, quando
expedierit occasione ignis, qui
insurgeret, seu elevarentur in
aliquam domo de dictis contratis,
et occasione videndi, et describen=
di cursus aquarum praedictarum, ut purga=
tur, et recte fluat ad fontem di=
ctae civitatis Fulginei. Et si quis
contrafecerit solvat bannum com=
muni praedicto decem librarum de=
nariorum, et cuilibet sit licitum
contrafacientem accusare, et ha=
beat medietatem banni, et nomen
accusatoris teneatur secretum.

Item quod ad Abluratorium con-
structum in Platea Sanctę Ma-
rię circumcirca sollicitetur usque
ad murum veterem Civitatis, qui
est ibi prope, et usque ad matto-
nationem stradę, et actetur adeo
bene, quod aqua, quę exigit, et
labitur extra dictum Ablue-
ratorium possit libere transcurrere,
et ire per suum cursum, et fovea,
quę est iuxta ipsum abluerato-
rium reimpleatur, et lapides, qui
extant supra ipsum Abluerato
rium contineantur, et conclaudentur
cum ferris, et predicta omnia
fiant expensis dicti Communis,
et exequantur tempore regiminis
presentis Capitanei, et per ipsum
Capitaneum vinculo iuramenti.
Et quod nulla persona de lapi-
dibus dicti Ablueratorii audeat
ele-

137v

leuare pena XXV librarum denari=
orum inquibus contrafacientes per
dictum Capitaneum dicto Commu=
ni Fulginei debeat condemnari.
Et si quis Lapides de dicto Abbe=
veratorio leuarentur reponantur
ibidem expensis hominum Socie=
tatis Spanigloneum. Et ad ipsos
lapides reponendos Consules di=
ctę Societatis per dictum Capita=
neum constringantur, saluo quod
si ipsi Consules assignauerint ele=
uatores, seu exportatores dicto=
rum lapidum, quod dicti Consu=
les seu homines eorum Societatis
ad repositionem ipsorum Lapidum
minime teneantur, sed tantum
delinquentes. Item ordinamus, et
dicimus, quod expensis dicti Com=
munis Fulginei ducatur us=
que ad Clauclam nouam Ciui=
tatis predictę de acqua, quę

que fluit et labitur per conductum eiusdem aque in ea quantitate eiusdem aque que sit decens, et bene sufficiat pro uno fonte fiendo in ipsa platea adeo ut sufficiat hominibus contradanem, et tam dicte platee noue ibi prope circumstantium et ad ipsorum commoditatem. Ordinantes etiam, et firmantes, quod singula capitula descripta in statuto communis tractantia de dicta aqua, nec non fontibus quibuscumque procedant, et executioni mandentur in omnibus, et per omnia prout iacent. Item firmamus, et uolumus statuentes, quod nulla persona de ciuitate Fulginei cuiuscumque status et conditionis existat habens aliquem fontem iuxta murum suum

sitam, vel suę domus, aut in
ipso muro audeat, vel præsumat
habere aut tenere aliquam fe=
nestram, seu Balestreriam vel
aliquid aliud quadrum, seu fo=
ramen in ipso muro prope ip=
sum Fontem per duas mensu=
ras ad mensuram Communis
Fulginei ad pœnam X. solido=
rum denariorum Communi Ful=
ginei applicandorum, et si quis
habet, vel habuerit, vel fece=
rit aliquam fenestram, Ba=
lestreriam, vel quadrum, seu
foramen in aliquo muro per
quam, seu quod posset dicta
talis persona proicere, seu pro=
icere facere aliquid bruttimen
aequam, vel brutturam, aut ali
quid bruttum, vel quod posset
bruttitudini, seu putredini
quomodolibet appropriari in quo

mu=

Muro uel iuxta quem esset ali=
quis Pons factus à quinque
annis citra proxime elapsis,
uel quod in eo ipsa Fenestra
seu Balestreria, uel foramen
fuisset facta à dicto tempo=
re citra, et etiam à maiori
tempore quinque annorum
citra, secundum quod uisum
fuerit DD. Prioribus Populi Ci=
uitatis Fulginei coram quibus
pertinent ipsa Fenestra Bale=
streria, seu quadrum, uel fora=
men claudi. Et quod Priores co=
ram quibus talia peterentur
iuramento teneantur, et debeant
percipere, et mandare dictae ta=
li Personae dictam talem Fe=
nestram Balestreriam, uel qua=
drum, seu foramen per ipsam
fenestram, Balestreriam fo=
ramen, seu quadrum infra tri=
duum

139v

dauum à die facti sibi mandati
seu precepti debeat claudere,
aut claudi facere, et murare,
seu murari facere de lapi-
dibus, seu mactonibus calce,
et arena in ea grossitudine
prout est ipse murus, in quo
esset talis fenestra, Balistre-
ria, quadrum, vel foramen pre-
dictum ad penam C. solidorum
denariorum, in quibus si con-
trafecerit, vel contrafacere o-
miserit per Capitaneum Popu-
li supradicti Communis Fulginei
debeat penitus condemnari. Et
ad clausionem, et murationem
dicte fenestre, Balestrerie, qua-
dri, seu foraminis faciendum. Et
ad predicta fienda, et executi-
oni mandanda idem Capitane-
us, vel eius Iudex teneatur
et debeat cogere de facto sine

strepitu, et figura Iudicij dicta=
talem personam, quis talia fe=
cerit contradixerit, seu noluerit
realiter, et personaliter ad clau=
dendum, et murandum ipsam
Balestrenam, fenestramque, quan=
dam, vel foramen predictum
ad penam XXV. Librarum de=
nariorum, in quibus si contra=
fecerit de suo salario Communi
Fulginei per Sindicum ipsius
penitus condemnetur.

Item

140v

De Ciuitatibus, et Castris re-
quirendis prò parte Com-
munis

Rca 63.

Item dicimus, et ordinamus, quod
Potestas, et Capitaneus, et Priores
Populi Ciuitatis Fulginei tene-
antur, et debeant uinculo iura-
menti, et pena C. librarum de-
nariorum infrà quindecim dies
post festum Beati Feliciani
proximè uenturi mittere licte-
ras speciales prò parte ipsorum
et dicti Communis Fulginei sin-
gulis Ciuitatibus, Castris, et Ter-
ris de Prouincia Ducatus, et ex-
trà dictam Prouinciam, ac eti-
am ad Ciuitatem Perusii requi-
rendo, et rogando eos, quod per eo-
rum terras banniri faciant pu-
blicè, quod nulla Persona de
Terris predictis, uel aliqua ipso-
rum cum aliquo de Ciuitate Ful-
ginei, uel eius districtu contra-
here debeat, quod si fecerit fa-
ciat omni eius resico, periculo,

et furtuna cum Communi Sub-
gindi occasione alicuius dioeci-
sis, vel Comitatensis nobilitati
cui teneri in aliquo, nec aliqua-
liter obligari, sed qui dabitur
requiratur

Item

De Pontibus non faciendis

Rũa 64.

Item dicimus, et ordinamus, quod
nulla Persona possit, nec debeat
facere aliquem Pontem super
aliqua Strada Civitatis Ful-
ginei ab una domo ad aliam,
nisi tamen utraque domus es-
set unius, et eiusdem Domini,
vel Patris, et filij, et hoc in
quantum non esset multum
difformis, et impediret lumen
domus vicinis, quod remaneat
in providentia Potestatis, et
Capitanei. In Stratis vero in-
frascriptis nulla Persona pos-
sit, nec debeat Pontem facere
scilicet in Strada, qua itur à
Porta Abbię usque ad Portam
Sancte Marię foris portas, et
in Strada, qua itur à Porta
Sancti Iacobi usque ad Portam
Contrangelę, et in Strata Mer-
catorum à Platea Communis

Fulginei usque ad locum Fratrum
Prædicatorum, et in strata, quæ
itur à Porta Abbatis usque ad
Portam Sancti Claudii, et qui
contrafecerit in 6. libris dena=
riorum Communis Fulginei con=
demnetur, et nihilominus tene=
atur ipsum Pontem removeri
facere, et penitus destrui. Et
de prædictis non possit concedi
licentia per aliquem Officialem
dictæ Civitatis, et si daretur, ta=
lis licentia non valeat, nec
habeat aliquam roboris firmi=
tatem. Item, quod nulla perso=
na in Strata, quæ est à Platea
Pomorum usque ad Trivium
Constanguei possit, nec debeat
aliquam Bancam, Cippum,
vel lapides, vel Scalas, vel
aliquid aliud in commoramen=
tum habere extra munimentu=
do:

Domus à tribus pedibus extra ad
pedem manus iusti hominis, et
Potestas in principio sui regi-
minis infra octo dies faciat ban-
diri predicta, et nihilominus ipse
Potestas quolibet mense faciat
pro predictis diligenter examinari.
Et quicumque non removerit
ad terminum sibi datum, vel
positum per Officiales eiusdem
Potestatis, vel postea reposue-
rint in X. libris denariorum Com-
muni Fulginei condemnentur,
et de predictis inquisitionem
quolibet mense sui regiminis
facere teneatur Potestas pre-
dictus, et contrafacientes in pe-
nis predictis dicto Communi Ful-
ginei condemnentur. Et nullus
audeat aliquem Pontem, seu
Plancatum, vel Froquelum fa-
cere super viam à Porta Sancti

Masselio usque ad stratam de morg scili=
cet ab una domo ad aliam, et siquid
factum esset Potestas seu Capitaneus
infra tres dies ipsum faciat elava=
ri ad petitionem cuiuslibet de con=
trata ad penam X librarum de=
nariorum de eorum salario. Et
illud idem dicimus de Burgo no=
ue strate, quae incipit ante do=
mum olim Prioris Manciae et va=
dit usque ad locum Fratrum
Minorum, et de Burgo, qui in=
cipit à strata Clauis usque do=
mum filiorum Saluimbone usque
ad domum filiorum Ioagnoli
de contrastangoe. Item, quod nul=
la persona in Civitate Fulginei
audeat vel presumat ante domu
aliquam extra murum ipsius do=
mus tenere, nec habere lat, siue
solum, nec ignem facere sub pro=
angulo, vel trasalma. Et quis
con

contrafecerit soluat uice quali-
bet Communi Fulginei XL. soli-
dos denariorum in quibus per Ca-
pitaneum supradictum Commu-
ni Fulginei condemnetur, et qui-
libet possit contrafacientem ac-
cusare, et nomen Accusatoris te-
neatur secretum. Item quod nul-
la persona de Ciuitate Fulgi-
nei possit, nec debeat scalas ha-
bere extra murum domus suae,
sub quibus habet stabulum, uel
haberi possit, siue posset fieri
letamen, uel reponi, uel bru-
cimen, aut putredinem aliquam
ante domum suam, uel alte-
rius, ita quod tedium faciat ui-
cinis nisi clausas habeat, et be-
ne muratas, et qui contrafecerit
in tribus libris denariorum per
dictum Capitaneum Communi
predicto debeat condemnari. Item

quod nulla persona in vijs vi=
cinalibus, quæ exitum non ha=
bent ab utraque parte possit ha=
bere scalas, nisi tantum duorum
pedum tantum ad pedem manus
iusti hominis, et non cupas, nec
possit sub eas habere stabulum
nec possit letamen, seu brecimen
reponere, et totum illud, quod
esset aperiretur plus duobus pe=
dibus ad petitionem cuiuscum=
que petentis Capitaneus supra=
dictus teneatur facere remove=
ri sub pena præstiti Iuramenti
et C. librarum denariorum, et
prædicta omnia, et singula Ca=
pitaneus Populi Civitatis Ful=
ginei infra octo dies à principio
sui regiminis faciat publicè
per Civitatem Fulginei bandi=
ri, ut homines sciant. Et post dic=
tum Bannimentum teneatur.

inqui

inquisitionem facere de predictis,
et quos culpabiles inuenerit pu=
nire, et condemnare in penis,
et Bannis predictis. Item quod
quicumque habet, uel habuerit
a quinque citra Columpnam
seu Columpnas suppositas a duo=
bus pedibus extra domum su=
am teneatur, et debeat ipsa,
uel ipsas eleuare infra men=
sem a die precepti sibi fac=
ti, uel faciendi pena, et Ban=
no C. librarum denariorum
per Capitaneum contrafacientes
condemnari, et Capitaneus su=
predictus teneatur, et debeat
uinculo Iuramenti facere fie=
ri, et executioni mandare sin=
gula predicta, et de predictis
inquisitionem facere infra
mensem a principio sui regi=
minis pena XXV. librarum de=

narionum de suo salario, in qui-
bus si contrafecerit per Sindicum
dicti Communis dicto Communi
debeat condemnari. Item fir-
mamus, et volumus statuentes,
quod nulla persona de Civitate
Fulginei possit, nec debeat face-
re, vel fieri facere, vel habere
ante domum suam, vel in mu-
ro sue domus aliquod proago-
lum, vel profellum, nisi ipsum
proagolum, vel profellum sit
altitudinis duarum mezzene-
glarum ad minus supra terram
ad mezzenglam Communis Ful-
ginei pena XXV. librarum
denariorum, in quibus contrafa-
ciens per Capitaneum Populi
dicte Civitatis ipsi Communi
debeat condamnari. Item, quod
omnes, et singuli Pontes constru-
cti, et existentes supra aliquas

Stra-

145v

tas publicas, et reales videlicet
a porta Sancti Iacobi usque
ad Portam Costanghe, et a Por-
ta Abbie usque ad Portam
Sancte Marie foris Portas, et
ab Ecclesia Sancti Dominici
usque ad Platiam Communis
eleventur, et destruantur, ac
devastentur in totum ut de-
super ipsis stratis nullum im-
pedimentum, vel incommoda-
mentum fiatur. Et quod de
novo supradictis stratis, vel
aliqua ipsarum aliquis Porticus
per aliquam Personam fieri
construi, seu ordinari non
possit ad penam XXV libra-
rum denariorum, in quibus con-
trafaciens per Capitaneum
supradictum Communis pre-
dicto debeat condemnari vid
qualibet, qua contrafecerit.

De Pupillabus non maritandis, et Masculis non Uxorandis

R.ca 65.

Item dicimus, et ordinamus, ad obuiandum malitijs illorum qui plerumque Pupillos soliti sunt decipere, quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat audeat, vel presumat Matrimonium, siue sponsalitias contrahere, nec celebrare cum Pupilla aliqua de Ciuitate Fulginei, vel districtu usque ad duodecim annos aetatis dicte Pupille, et absque presentia, et voluntate proximiorum Consanguineorum dicte Pupille tam ex parte Patris, quam ex parte Matris, scilicet IIII.or ab utraque parte ad minus, et qui contrafecerint in predictis, tam ille, qui dictum matrimonium, siue spontialitias contraxerit, quam quilibet alius, qui predicta ordinauerit, vel dederit auxilium con-

Solemnitas seruanda in nuptijs Pupillorum et Pupillarum

146v.

consilium, vel favorem in C. li-
bris denariorum pro quolibet ipso-
rum Communi Fulginei con-
demnari, et hoc Capitulum
sit praecisum in qualibet par-
te sui, et locum habeat in
praesenti, praeterito, et futuro,
et legatur in Consilio genera-
li dictae Civitatis infra octo
dies post festum Beati Feli-
ciani proximi futuri. Item vo-
lumus statuentes, quod in om-
nibus, et per omnia illud idem
servetur in pupillis masculis
quemadmodum supra scriptum
est in pupillabus, seu mulie-
ribus.

Quod nullus extrahat aliquem Infirmitate grauatum de Domo sua causa faciend. ipsum testari R.ca 66.

Item quia quedam preterito tem=
pore circa quasdam ultimas uo=
luntatis, ut plurimorum fide di=
gnorum habent, et fatetur ad Re=
tio facta fore dicantur, que nec
audientibus placent, nec de iu=
re fieri permittuntur, quando non
Testator, sed succedens sibi con=
didit Testamentum, quod pro
futuro tempore tollere cupientes
presenti firmamus statuto, quod
nulla persona de Civitate Fulgi=
nei, uel districtu, cuiuscumque
conditionis existat audeat uel
presumat aliquam personam
aliquali infirmitate grauatam
extra domum ipsius talis perso=
ne sic infirmitate detente ex=
trahere, siue extrahi facere, et
ad aliquem alium locum por=
tare, seu portari facere causa
condendi, uel faciendi aliquod
Tes=

quod nulla persona ali=qua infirmi=tate grauata de domo sua causa testandi uel aliquid de sono quod cum quod uel pro=missionem faciendi extra hatur pena extrahentis uel asportantis uel adiuuantis uel sibi, et testator facientis 1000 li=brarum

147v

Testamentum, uel Instrumentum
alicuius promissionis, uenditionis,
siue concessionis alicuius rei sub
quacumque forma, modo, et condi-
tione fiendo, et quicumque con-
trafecerit, tam ille qui extraxerit
uel ad extrahendum iurauerit, quam
qui extrahi fecerit, et ad sotientes
eum, uel eos in mille libris dena-
riorum pro quolibet communi Ful-
ginei per Potestatem Ciuitatis Ful-
ginei infra XX. dies post quam
sibi clamor fuerit condemnari.

quommodo pro-
betur quod d.
extractio facta
sit de consilio pro-
d. [illegible]

Ad quod probandum sufficiat solum-
modo si Testamentum, uel aliquid
aliud Instrumentum alicuius pe-
cuniae quantitatis, uenditionis, siue
concessionis alicuius rei ad paruum
nenit factum, uel probatio duorum
Testium, qui fuissent praesentes con-
fectioni dicti talis Instrumenti
siue Testamenti praedicti. Omni-

Hoc militat contra
istam probati-
onem et probat
supra [illegible] pos-
sit probari quod
sit ad [illegible] de iure
[illegible] [illegible] aliud aliu-
quare [illegible] glos-
[illegible]

bilominus illud tale conditum Testa=
mentum, uel factum Instrumentum
sub quorumque titulo, modo, et
ordine, et uerborum conceptione
appareret sit auctoritate presen=
tis Capituli, et Statuti ipso Iure
nullius efficaciæ, et ualoris, et Bo=
na relicta, et legata in ipso tali
Testamento, siue promissa pecunia
uel etiam res aliquo modo conces=
sæ cuicumque Personæ pro medie=
tate ueniant in dicto Communi
Fulginei, et sint dicti Communis,
et alia medietas distribuatur, et
dentur per dictum Communem
Fulginei locis Fratrum Monaste=
riorum, ac Hospitalium dictæ Ci=
uitatis Fulginei, nec non pauperi=
ribus, et miserabilibus Personis
Ciuitatis prædictæ secundum quod
placuerit DD. Prioribus Populi
qui pro tempore fuerint, et Conse=
lo=

honorio iustitie Populi supradicti,
Civitatis Fulginei, et eis melius ui=
debitur convenire, et Notarius qui
tale Instrumentum, seu aliquid In=
strumentum de predictis scripserit
aut ipsum rogatus scribere fuerit
infra ipsos XX. dies in mille Li= Pena Notarij qui d. Instrum
bris denariorum per supradictum vel aliud In=
Potestatem dicto Communi debeat strum scripse=
condemnari, et perpetuo sit infa= rit 1000. Lib.
mis, et quilibet Testis, qui inter= Pena testium
fuerint in L. libris denariorum Com= qui interfue=
muni predicto infra dictum Termi= runt
num per Potestatem predictum
similiter condemnetur. Et nihilomi=
nus ipse Potestas teneatur, et de=
beat vinculo iuramenti, et quingen=
tarum librarum denariorum, in
quibus per Sindicum dicti Com=
munis tempore sui Sindicatus
debeat condemnari ipsas condem=
nationes infra dictum Terminum

149 r

fieri, et ipsas exequi infra alios x.
dies, et etiam Bona ipsa tali
modo relicta vendita, seu conces=
sa, seu promissa quantitas occa=
sione quacumque in dictum Com=
munem infra dictum terminum de=
venire appellatione aliqua non
obstante. Volentes, et ordinantes
quod à sententijs ferendis occasi=
one premissionem per ipsum D. Po=
testatem nulli liceat appellari.
Et si appellaretur ipsa appella=
tio minimè admittatur, sed ex
nunc sit nullius efficaciæ, et mo=
menti. Item dicimus, et ordina=
mus, quod si qua persona in dic=
ta Civitate Fulginei, vel dis=
trictu aliquali infirmitate gra=
vata, quæ fuerit aut [illegible] Tes=
tamentum condidit aliud con=
dendi à consanguineis suis, vel
ab alijs quibuscumque personis
co=

Si aliquis qui ali-
quod testamentum fe-
cerat cogeretur
aliud facere vel
aliquod d. testamentum
prohibitionis non

ualeat, et quando probetur quod aliud coacte fecerit uide Lic. et do, et ualeat

cogeretur in uita, uel Instrumentum
aliquod obligatorium faciendum, ad quod
probandum sufficiat si ipse sin-
gula que fieri voluerit absque
monitione, uel recordatione ali-
cuius non dixerit ordinate, uel
si aliquod uerbum protulerit per
quod possit presumi, quod de his
que fecerit minime fuisset con-
sentiens, quod ipsi consanguinei
uel alia quevis persona, et ipso-
rum quilibet qui predicta fecerint
in dicta pena mille librarum
denariorum per ipsum D. Potesta-
tem similiter condamnetur, et No-
tarius, ac Testes, et quilibet ipso-
rum in penis superius declaratis
similiter condamnentur, et Testa-
mentum ipsum sic conditum, uel
Instrumentum factum dicto tempore
quocumque modo non ualeat, nec
teneat ipso iure, set nullius mo-

momenti sit, nec efficaciæ et valoris, et Potestas dictæ Civitatis Fulginei teneatur vinculo Iuramenti, et pena prædicta de prædictis, et quolibet prædictorum quolibet mense ad minus bis in qualibet societate dictæ societatis, et Villa communitatis eiusdem diligenter inquirere, et quos culpabiles invenerit punire, et condemnare in penis superius declaratis.

nota quod si alicui Mulieri dos aliqua fuit relicta per Patrem vel aliam personam sic enunciatam, quod per heredes relinquentis vel aliquam personam etiam cum consensu Mulieris minui non possit, et de pena contrafacientium et Notarij extrahentium de nota quod ex nunc alterum infirmatur

Item dicimus, et ordinamus, ut testamentum, et ultimæ voluntatis factum, et factæ decenti modo, et ordine, sicut decet iuxta testatoris voluntatem totaliter exequantur, quod dos relicta alicui Mulieri per Patrem, Matrem Fratrem, Avum, vel aliam, vel aliam quamcumque Personam per heredes ipsius relinquentis, vel aliquos consanguineos ipsius Mulieris, seu aliquas quascumque perso-

tonas minui, modo aliquo ipsa Muli
eri cui dos ipsa relicta fuerit volente
vel nolente non debeat, nec possit
etiam si ipsa Mulier renuntiaret
heredi suo, vel pacto ipsius, vel si
quietaret de aliqua quantitate
ipsius dotis. Quam renunciationem
seu quietationem, vel remissionem
fiendam ex nunc firmamus non ob=
stare. Et quam, vel quas auctori=
tate presentis Capituli, seu Statu=
ti esse volumus nullius efficacie,
et valoris, et in aliquo non teneri
sub quacunque forma, et conceptio=
ne verborum appareret ipsa Muli=
er, quolibet tempore dotem sibi
relictam totam absque diminutio=
ne aliqua possit petere, et plenam
auctoritatem, et actionem habeat
et sibi competat repetendi capito=
lo aliquo tam Statuto Populi
quam Communis, quod in contra=

nium loqueretur in aliquo non obstan-
te, et Iudex, coram quo ipsa causa
fuerit, seu ipsius repetitio facta
tenceatur, et debeat vinculo iura-
menti, et pena L. librarum dena-
riorum renunciationes, seu remis-
sione, vel quietatione predictis non
obstantibus super ipsa petitione
procedere, et partem ipsam, que do-
tem ipsam diminuerit, vel diminu-
isset ad reficiendam, et dandam
ipsi Mulieri integra sua summa
sumaliter condamnet. A qua qui-
dem sententia, et processu nulli li-
ceat appellare, et si appellaretur
super ipsa appellatione nullatenus
procedatur, quam appellationem vo-
lumus, et ordinamus in aliquo non
teneri. Et nihilominus ille talis,
qui ipsam dotem fecit diminui
seu quietari de parte ipsius, vel
remissionem fieri ~~ut~~ de operata
ma-

151v

malitia, et fraude puniatur per dictum Potestatem dictę Civitatis Fulginei in C. libris denariorum, in quibus communi Fulginei debeat penitus condempnari; et Notarius, qui de huiusmodi renunciatione, seu remissione, vel quietatione rogatus fuerit in XXV. libris denariorum per ipsum d. Potestatem similiter condempnetur.

Item, ut quędam consuetudo non bona, quę mais posset dici abusus, observata usquequaque per certa Monasteria dominarum, quę non Dei amore, nec caritative modo mota, ut facere tenerentur, sed pro habendis hereditatibus et magnis dotibus, ut ditiora sint et efficiantur puellas tollere, et subducere, et tolli, et subduci facere, et in eorum Monasterijs retrudere, ac recludere, et tenere

Si aliqua Puella intraverit in aliquod monasterium sine consensu 4or proximiorum consanguineorum ex utraque parte, quod nullus habeat portionem talis Monasterij sanctimonialium dictam formam religionis, et perdat elemosinas

fraudulenter, et quandoque blandi=
torie solite sunt temporibus retro
lactis, que non ad ipsius Dei lau=
dem, et Consanguineorum ipsarum
utilitatem commodum, vel hono=
rem tendere credimus, sed econtra
cumque pauperculas Puellas tolle=
re nec subducere, vel accipere quam=
vis nobiliter natę sint, nolant et
noluerint ullo modo. Que pro futu=
ro tollere modis decentibus cupi=
entes presenti lege ordinamus,
dicimus, et firmamus, quod si quod
Monasterium de Civitate Fulginii
vel districtu aliquam Puellam
minorem XX. annis absque qua=
tuor Consanguineorum ipsius Puel=
le proximiorum ex utraque latere
ipsi Puelle actinentium expresso con=
sensu, et voluntate receperit, seu
tollerit, et in ipso Monasterio intro
ducta fuerit, quod ipsi Monaste=
rio

rio elamosina debita sibi secundum formam Statuti Civitatis Fulginei aliquo tempore dari non debeat, nec possit, et quod Priores Populi dictæ Civitatis teneantur, et debeant vin=culo iuramenti, et pena L. libra=rum denariorum prò quolibet nullam de ipsa elemosina prò ipso tali Monasterio contrafacien=te facere fieri apodixam. Et si fierit Camerarius, qui fuerit prò tempore quantitatem ipsam non solvere iuramenti vinculo, et pena L. librarum denariorum si=militer teneatur, et nihilominus nulla persona de Civitate Fulginei vel districtu laborare debeat ali=quam possessionem Monasterij supradicti contra formam ordina=tam supra, et traditur facientis. Et quis contrafecerit in XXV. libris denariorum prò qualibet, et vice qualibet condamnetur. Et unicui=

quod ipsos contrafacientes sit licitum
accusare, vel denuntiare, et habe-
at quartam partem banni, Pode-
stas dicte Civitatis Fulginei, qui
pro tempore fuerit vinculo Jura-
menti, et ad penas superius decla-
ratas teneatur, et debeat predicta
omnia, et singula inuiolabiliter
attendere, et obseruare, et facere
inuiolabiliter attendi, et obseruari.
Que si non fecerit, et in aliquo ob-
miserit ultra periurium, quod incur-
rat in penis predictis per Sindi-
cum dicti Communis, qui ipsum
Sindicauerit debeat condemnari.
Et hoc capitulum sit precisum,
cui nullum aliud Capitulum ante
vel retro positum contradicat, nec
possit in aliquo derogare, quod
Dominus Potestas legi faciat in
primo Consilio faciendo tempore
Potestarie ipsius pena prestiti precisi
Juramenti, et XXV. librarum
den.

153v

denariorum, in quibus per sindicum dicti communis ipsi communi debeat condamnari &c.

Quod mulier dè sua dotali pecunia, uel alia quacum-
que pecunia licèt sit filia familias possit Posses-
siones emere, et dè dictis Possessionibus Patri non
quritur usufruct. Item potest prò Anima testari sinè
Patris cōsu. Itē potest habitare ubi uult.

Rca 63.

Item, quod Mulierum, Viduarum, et maxime filijs carentium dotes in pecunijs consistentes facilius quam si forent in Possessionibus quinque Parentium, et quinque aliorum fraudibus, et persuasionibus minuuntur, et minus debiti subtrahuntur, volumus, et dicimus statuentes, quod huiusmodi mulieribus, et earum cuilibet dotalem suam pecuniam, et aliam quam habuerint quantumque Patrem habeant, dummodo sint etatis XXV. annorum ad minus liceat in Possessionibus, vel Possessione convertere in totum, vel in partim et de ipsa Possessionem, vel Possessiones emere, et ipsam Possessionem, vel ipsas Possessiones habere, tenere, et fructare, et fructus ex illis percipere, et habere, et in eorum usus, et utilitatem convertere, et ipsos fructus etiam dis- 161

quod mulier maior 25. annis de sui dotali pecunia, vel alia un de possit Possessiones emere licet sit filiafamilias, et eas fructare, et circa pred.a procuratorem facere item potest testari pro anima tantum licet sit filiafamilias in Stat. inuulo 50 prope terras et vide Lit. in St. 421.

pensa

zare, et distribuere prò earum libito
uoluntatis; Nec non prò petenda
et habenda dotali earum pecu=
nia, et alia, quæ deberentur eis=
dem, uel alicui earum, et prò
alijs ipsarum negotijs ipse, ac ip=
sarum quælibet possint procura=
torem unum, uel plures facere
constituere, et ordinare tam ad
agendum petendum, et defenden=
dum ciuiliter, et criminaliter quam
ad singulos alios actus, de quibus
uidebitur eis, et earum cuilibet,
et pecunia, quæ deberetur eis,
uel alicui earum prò suis, uel
de suis dotibus, seu alia de cau=
sa recipere, et de recepta pecunia
confessionem, et quietationem, et
instrumentum confessionis, et qui=
etationis cum omnibus uerbis ca=
pitulis, et opportunis clausulis
facere soluentibus, uel restituen=

tibus siue soluenti, uel restituenti
dictam pecuniam. Propterea ne bo-
num quod Mulieres prędictę uellent
pro animabus ipsarum facere patria
potestas impediat, et dicimus statu-
entes, quod prędictis Mulieribus,
Viduis carentibus filijs, dummo-
do sint ętatis prędictę XXV. anno-
rum, et cuilibet earum liceat quo
uoluerit, seu uoluerint de dotibus
earum pecunijs, et Bonis alijs, quę
habuerint, uel debentur eisdem, aut
alijs seu alij pro eis, uel aliqua
ipsarum testari, et relicta, et
legata pro animabus earum, et
cuiuslibet earum tantum si dote
habeant, uel habeat facere alias
prout eis, et cuilibet earum placu-
erit. Et omnia, et singula faci-
enda per dictas Mulieres, et ea-
rum quamlibet in prędictis, et eo-
rum quolibet, et circa prędicta,
et quolibet eorum ualeant, et ple-
na

Mulier 25. anno- rum uidua carens filijs potest pro animas testari licite, et relicta da- bit, et alia quę [illegible] ris [illegible] muli- eris [illegible]

nam obtineant roboris firmitatem
non obstante quod patris mulie=
ris huiusmodi praedicta, vel aliquid
praedictorum facientis praesentia, con=
sensus, vel auctoritas non inter=
venerit, vel interveniat, vel habe=
atur in his, vel ipsorum aliquo,
nec aliquo iure canonico, vel
civili, seu municipali, aut sta=
tuto reformatione provisione
seu ordinamento, quod, vel quae
in contrarium loquerentur, quibus
in hac parte intelligatur esse, et
sit derogatum expresse. Insuper
quod possent praedicta minis, et
terroribus leviter impediri sta=
tuimus, quod pater, mater, frater,
vel consanguineus, aut affinis
alicuius mulieris praedictarum
mulierum viduarum carentium
filijs ipsam mulierem cogere
capere, detinere, aut molesta=

Quod mulier vidua filijs carens maior 25. annorum possit stare et habitare ubi vult et nullus pater, frater, mater et consanguineus aut affinis contradicat

re, aut secum, vel alicubi stet, vel
moretur contra voluntatem ipsius
Mulieris non possit neque debeat
neque cogi capi, detineri, vel mo=
lestari facere in persona, dotibus
vel rebus eiusdem Mulieris. Et
qui contrafecerit penam C. librarum
denariorum ipso facto incurrat, in
quibus contrafaciens per dictum
Potestatem, vel Capitaneum Civi=
tatis Fulginei possit, et debeat ad
requisitionem cuiuscumque peten=
tis vice qualibet, qua contrafac=
tum fuerit de facto summarie si=
ne strepitu, et figura Iudicij Com=
muni Fulginei condemnari non
obstante aliquo statuto ante, vel
retro posito, quod in contrarium
loqueretur.

Item

156v

De executionibus facien dis

Rubrica 68.

uide infra Rub.a 101. et etiam Statuta Cons. lib. 2. Rub. 46 et in fine dicti Rub. et Stat. Cons. Rub. 64. de pena ad solu entis infra x. dies suas condem nationes quia pot puniri ar bitrio Potestatis, sed debeat puniri in 4.to plusquam in Stat. Cons. lib. 2.o R. 48. et 64. Idem hoc et illud statutum non ualet quia est in fraudem appellationis, ac Constitut. Bald. posit. lib. 5. Rub. 180. Item uero hoc quia executio condemnationis etiam pecuniarie potest fieri infra X. dies, et sic infra tempus appel landi, quod fieri non debet, et non ualet contra ap pellantem, et contra hoc com. Et Bald. ut s.a quod fiat infra X. dies

Item dicimus, et ordinamus, et uolumus firmiter obseruari, quod Potestas, et Capitaneus, et Iudices et Notarij Maleficiorum Ciuitatis Regineis precisé teneantur, et debeant uinculo iuramenti omnes condemnationes, quae fuerint executioni mandari, et de ipsis condemnatis executionem facere hoc modo uidelicet, quod si sententia fuerit penalis debeant ipsam executioni mandare, sicut ipsis Officialibus uidebitur conuenire, si autem sententia fuerit pecuniaria teneatur ipsam exequi et condemnatum, siue condemnatam compellere ad faciend. solutionem illius quantitatis pecuniae, in qua fuerit condemnatus, post facta condemnatio infra X. dies, et si condemnationem suam condemnatus non soluerit

infra dicerem terminum, quod di-
cti Officiales teneantur ipsum
punire, prout dicti Conſiliati Ca-
pitaneo, et Iudicibus ipsorum
videbitur, conſiderata qualita-
te delicti ad hoc ut maleficia
non remaneant impunita:

Item

vide in fine stat. in part. sed non obstante quia tempus ap-
pellationis in criminalibus est quinque dierum et sic non est infra tempus appellandi ut in stat. Consil. lib. pº lib. et item non obstat quia quod nihil ominus potest ap-
pellari et iudica-
tum ſuſpendere vel in totum vel
li et sic non excur-
rit illud tempus, de quo vid. illud stat. in [illegible] 202.

157v

Infamati dè aliqua conuenticula tempore Maiorum Consulum, et Corradi Auestarij

Rca 69

Item dicimus, et ordinamus, quod
nullus, qui extra Ciuitatem Ful=
ginei exiuerit et diffamatus fue=
rit tempore olim maiorum Conso=
lum, qui eligebantur in dicta
Ciuitate Fulginei usque ad expul=
sionem nefandissimi Corradi A=
uestarij et de aliqua conuen=
ticula, uel aliquo quorumque
excessu, seu Processu facto ex of=
ficio, uel de officio Consulum
Artium dictæ Ciuitatis possit
preiudicium generari, nec ab=
sentia eorum preiudicet eis se=
cundum eorum iura in futuro
seruentur illesa per ceteros of=
ficiales Ciuitatis Fulginei. Et
quod sint in eo statu, in quo
erant ante exitum ipsorum, quo
fuerunt de ipsa Ciuitate.
et sententiis condemnationes,
et exbandimenta, ac Processus

158r

contra ipsos, et quemlibet ipsorum facta et facta, sint nulla, et nulla et nullius valoris, et pro cassis et irritis ac nullius valoris totaliter habeantur. Item quod cum certi de maioribus dicte Civitatis Fulginei fuissent gravati, et oppressi, ac etiam condamnati in ære, et pœna tempore supradicto perperam, et inique contra Ius, et iustitiam, quod omnis sententiæ, Processus, et exbandimenta, stantiamenta, et quæque aliæ scripturæ, quæ apparerent tempore supradicto factæ contra quamcumque personam occasione conventiculæ ac status mutationis, qui tunc erat in Civitate predicta, seu prædictoris eidem fiant cassæ, et vanæ ac nullius valoris, et momenti.

Item

158v

De vijs factis et faciendis per Officiales Communis

Rca 30.

Item dicimus, et ordinamus, quod
omnes vias olim factas per Offici=
ales Communis Fulginei, ac eti=
am faciendas in posterum in Civi=
tate, et districtu Fulginei debe=
ant conservari, et nullus de dicta
Civitate, seu eius districtus, vel
etiam aliunde audeat de dictis
Vijs, vel aliquam ipsarum, aut
alijs quibuscumque apprehende=
re, nec fossam aliquam face=
re iuxta ipsas vias, vel aliquam
ipsarum, nec in aliqua parte
ipsarum, vel alicuius earum
diminuere. Et si quis de dictis
Vijs vel aliqua ipsarum aut
aliquibus alijs apprehenderit
vel foveam iuxta ipsas, vel
aliquam ipsarum fecerit tene=
atur infra tertiam diem a die
bandimenti dimittere, et fove=
am reimplere. Et nihilominus

condemnari debeat per dictum
Capitaneum pro quolibet, et uice
qualibet in tribus libris dena=
riorum Senensium. Et dictus
Capitaneus teneatur, et debeat
predicta bandiri facere singulis
mensibus uinculo Iuramenti,
et pena XXV. librarum dena=
riorum, in quibus per Sindicum
dicti Communis ipsi Communi
debeat condemnari penitus si pre=
dicta non duxerit ad effectum. Et
quod nulla persona audeat, uel
presumat terrenum existens in
via, uel strata, qua itur uersus
Spellum, et in strata qua itur
ad Colle Floritum, seu aliquem
personem quastare destruere seu
disperdere, uel frangere, et siqua
contrafecerint puniantur pro quo=
libet uice in L. libris denario=
rum, in quibus per Capitaneum

re=

159v

ra predictum condemnetur omni-
ne, et sibi dictam condemnationem
solvere non possit, et in fortia
communis pervenerit manus
sibi amputetur infra viii dies
post quam in fortiam commu-
nis predictam pervenerit debeat
amputari. Item quod omnes
vie reparentur extra civita-
tem, videlicet a domo domi-
ni Francisci Domini Farrael
usque ad molendina nova com-
munis, et sancti Salvatoris ex-
gomborentur, et terminentur, et
predicta dictus Capitaneus te-
neatur facere fieri infra mensem
sui regiminis sub pena presti-
ti iuramenti, et C librarum
denariorum de suo salario. Item
quod si aliquis dimisit, seu perdi-
dit aliquid terrenum pro aeta-
tione alicuius strate, seu vie,

Et remanserit aliquid de Via facta
ta, vel de terreno antiquo dicti Com=
munis iuxta dictam Viam novam
quod liceat illis, qui perdiderunt ip=
sum terrenum Communis prae=
dicti recipere quantum perdidit
et intrare tenutam, et corpora=
lem possessionem ipsius sine alia
auctoritate non obstante si fu=
isset ab aliquo, qui non perdidit
de terreno aliquid in Via praedic=
ta aliqualiter apprehensum. Et
taliter apprehensor iniuste tene=
atur, et debeat relassare ipsum
terrenum sic apprehensum illo
qui suum admisit occasione
praedicta ad penam XXV. Libra=
rum denariorum in quibus per
Capitaneum condamnetur.

quod si pro acta=
tione vel reduc=
tione Viae vel
stratae aliquis per=
diderit de suo
terreno quod pos=
sit sua auctori=
tate capere de
illa Viae antiqua
quae derelinquitur [illegible]
si aliquis [illegible]
[illegible] prius [illegible]
rit

Item

De stratis in quibus Funarij laborare non debeant

Rca 31.

Item dicimus, et ordinamus, quod nullus Funarius possit, nec debeat ponere Carrum, sive cornectam occasione faciendi aliquam funem, nec aliquid opus fiat per aliquem Funarium de dictis funibus in exercendo dictam Artem in stratis infrascriptis scilicet à Domo filiorum Fordeuoli Domini Philippi usque ad Portam Albici, et à Porta sita iuxtà Domum Filiorum Domini Stephani usque ad Ecclesiam Sancti Filitiani, et à Porta Sancti Iacobi ab aqua usque ad Portam Sancti Constantij, et à Porta Sancti Claudij usque ad Portam Abbatis ob hoc ut non impediant dictas stratas et Apothecas stantes iuxtà ipsas stratas, et si quis contrafecerit in praedictis solvat nomine Banni vice qualibet 5. solidos denari=

161r

onum, et liceat unicuique contrafa=
cientium accusare, et habeat me=
dietatem Banni, et nomen Accu=
satoris teneatur secretum.

Item

Quod nullus audeat turbare presentem bonum Statutum.

Rica 52.

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla persona audeat, vel presumat dicto, vel facto, vel alio modo tractare vel aliquid dicere, vel facere palam, vel occulte directe vel indirecte, aut per obliquum quod mutetur presens bonus status Civitatis Regini, et qui contrafecerit puniatur arbitrio Potestatis, et Capitanei, cuius Potestatis, et Capitanei arbitrio stetur utrum contra predicta, vel aliquid predictorum sit per aliquem aliquid factum, dictum, ordinatum, vel presumptum, et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui; et predicti Potestas et Capitaneus vinculo iuramenti, et pena mille librarum denariorum teneantur, et debeant ipsum capitulum inviolabiliter observare. Et quolibet mense de predictis

vid. Stat. Coij lib. 1o. rub. 19. ubi mittit penam capitis et publicationem Bonorum, et vid. etiam in rub. 93. 105. 124.

inquisitionem facere ad petitionē
et denunciationem cuiuscumque
petentis, et testis recipere nomen
cuius denunciatoris teneatur secre-
tum nullo capitulo, vel constituti-
one contradicente.

Item

De Molendinis Olivarum

Rca 83

Item dicimus, et ordinamus, quod quicumque de Civitate Fulginei vel districtu habet aliquod Molendinum Olivarum in dicta Civitate Fulginei, vel districtu, ille, qui habet Molendinum in Civitate solvat quolibet anno Communi Fulginei pro quolibet Molendino XX. libras denariorum Lensinorum. Et habere teneatur puteum in Domo, in qua erit dictum Molendinum, in quo quidem puteo aqua, quae exibit occasione Olivarum macinatarum, et macinandarum intret, et derivet in ipsum puteum ita quod aqua predicta non spurgatur per Civitatem Fulginei. Si vero habuerit Molendinum Olivarum extra dictam Civitatem solvat Communi predicto pro quolibet molendino quolibet anno

1637

X. libras denariorum Senensinorum.
Item quod quilibet, qui macina=
bit Olivas debeat ipsas macina=
re sine aliquo pretio, et debeat
ipsas ponere, et macinare ad vo=
luntatem illius cuius fuerint
Olive predicte, et habere debeat
perticam longam septem pedes
ad minus de maioritate vero ad
Banni Solutionem minime tene=
atur, et si quis contrafecerit in X.
Solidos denariorum vice qualibet
Communi Fulginei condemnetur.
Et Capitaneus Populi Civitatis
Fulginei teneatur, et debeat de
predictis, et quolibet predictorum
inquisitionem facere vinculo
iuramenti, et pena XXV. librarum
denariorum, in quibus si
contrafecerit per Sindicum dicti
Communis ipsi Communi debeat
condemnari. Item quod nulla
pers=

163v

Persona de Civitate Fulginei
vel districtu possit, nec debeat ire
ad macinandum Olivas ad aliquod
Molendinum alicuius, qui non
respondent, seu solverit dicto
Communi dictam quantitatem
sicut alia solvunt, et respondent,
et qui contrafecerint in supradicta
pena C. Solidorum denariorum
dicto Communi debeant condem=
nari, et Capitaneus Populi, qui
pro tempore fuerit teneatur, et
debeat predicta facere bantiri
infra octo dies à principio sui
regiminis. Et quilibet possit con=
trafacientem accusare, et habeat
medietatem Banni, et nomen
Accusatoris teneatur secretum.
Item, quod Capitaneus Populi
dicte Civitatis teneatur, et debe=
at qualibet Ebdomada bis durante
tempore macinationis Oliva=

rum mictere unum ex suis Notarijs
ad Molendina dictæ Civitatis, qui
Notarius inquisitionem faciat con=
tra tenentes Molendina prædicta
tam in Civitate, quam in distric=
to prædicto de omni eo, quod in
hoc Capitulo continetur. Et quos
invenerit contrafacientes punire
et comdennare in pena prædicta.
Et prædicta Capitaneus supradic=
tus teneatur facere adimplere
vinculo Iuramenti, et sub pena
XXV. librarum denariorum. Item
quod in venditione unius Mezzin=
ghi Olei, et abinde supra nulla
auxilia sive ιunita fiat, nec
fieri possit publicè vel occultè
et si contrafactum fuerit tam
vendens, quam emens in C. soli=
dos denariorum dicto Communi
debeat condemnari. Item quod si
prædicti habentes Molendina Oli=
va=

uarum habeant, et habere tenean-
tur, et debeant Sacchettas amplas
et largas in boccis uno semisse
ad manus iusti hominis, et non
plus, et quod uites dictorum Molen-
dinorum sint, et esse debeant tor-
natae equaliter, ita quod Sacchetti,
qui rotuli per ipsas Vites pos-
sint rotari bene, et commodè usque
ad Bancum, in quo ipsae Vites ex-
tant infixae siue clauatae. Et si
per dictos habentes dicta molen-
dina, et Oliuas macinandas fue-
rit in praedictis, uel aliquo praedicto-
rum in aliquo contrafactum in
x solidos denariorum prò quolibet,
et uice qualibet dicto Communi
debeant condemnari per Capita-
neum supradictum, et condamna-
tionem exigere prò Communi, et
ut praedicta, et quodlibet praedic-
torum sine fraude, et dolo pro-
cē.

cedant ordinamus, et dicimus stata=
ntes, quod per Priores Populi dictæ
Civitatis, qui erunt tempore collec=
tionis Olivarum eligantur tres boni,
et legales homines de d.ta Civita=
te Fulginei, videlicet unus pro quo=
libet terzerio, qui tres boni, et lega=
les homines sic eligendi sint, et es=
se debeant de ordine Prioratus Ci=
vitatis Fulginei. Et qui fuerint
ad dictum Officium uno anno, vi=
delicet tempore collectionis, et maci=
nationis dictarum Olivarum ad
eumdem Officium usque ad tres an=
nos proxime tunc sequentes eligi
vel reassumi nisi elapso termino
nullo modo possint. Et habeant, et
habere debeant de pecunia, et aere
dicti Communis a Camerario ip=
sius Communis pro eorum salario
quatuor libras denariorum pro
quolibet ipsorum trium bonorum
et

et Regalia dominum prędictonem.
Qui tres sic electi, et quilibet ipsonum teneantur, et debeant in manibus Notarij reformationum dictę Ciuitatis iurare ad Sancta dei Euangelia corporaliter manibus tactis Scripturis donem, et cuiusque ipsonem Officium facere, et exercere bona fide omni fraude, et dolo remotis. Et non possint, nec debeant ipsi, nec aliquis ipsonem commedere, nec bibere cum aliquo qui habeat Molendinum Oliuarum, uel partem in illo, nec aliquid Exenium in pecunia, siue rebus alijs ab aliquo occasione, et prętextu dicti sui, uel eorum Officij recipere, nec recipi facere pena prefati Iuramenti, et XXV. librarum Denariorum, in quibus per Capitaneum Populi supradicti dicto Communi contrafaciens

puniatur, et condemnetur. Et hoc lo=
cum habeat tam in casenantem,
quam in casenium ipsum recipien=
tem. Qui tres boni, et legales homi=
nes de ordine priorum predictorum
sive de hominibus, qui recoligant
de dictis Stiuis in bona quanti=
tate, et habeat, vel habeant auc=
toritatem, et bayliam ordinandi
Saiclettas, et Stangas, vitis, et seu=
folos, et alia utilia, et necessaria
Molendinis predictis, et secundum
modum, et ordinem statuendum,
et ordinandum in Molendinis pre=
dictis, et ^ipsa^ Molendina per dic=
tos tres bonos, et legales homines
sic seruetur, et fiat non obstante
ordine superius dato per presens Ca=
pitanleis; Ita tamen quod si qua
Persona non seruauerit, et inte=
graliter non adimpleuerit ea, que
per dictos tres bonos, et legales ho=
mi=

166 v

mines statuentur, et ordinabuntur, et fient circa Molendina predicta puniantur ut supra in dicto Capitulo continetur. Et nullus ex dictis tribus hominibus eligendis esse possit, nec debeat, qui habeat Molendinum Olivarium, nec partem in Molendinis.

Dè turpitudine non proicienda in Carbonarijs, et infrà Carbonarias Communis   R.ca 34.

Item dicimus, et ordinamus, quod nul
la persona cuiuscumque conditio:
nis existat proiciat, seu proici fa:
ciat bruumen, letamen, seu ali:
quid sucrum, uel turpe in aliqua
Via à carbonarijs nouis infra, nec
à Carbonarijs ueteribus infrà Ciui:
tatem Fulginei, nec ponat Lapi:
des aliquos ad uendendum à dic:
tis Carbonarijs usque ad Ecclesia
Sancte Marie Madalene, uideli:
cet à dicta Ecclesia usque ad Pon:
tem Lapideum de foris, et extrà
Muros dicte Ciuitatis. Et quod
nullus in Ciuitate Fulginei in
aliqua Via publica, nec in Vijs
uicinalibus ponat, uel poni faci:
at letamen, seu turpitudinem. Et
qui contrafecerit in predictis, uel
aliquo predictorum soluat nomi:
ne Banni dicto Communi uice
qualibet decem solidos denario:
rum

1671

nem Senensinorum. Et quilibet pos-
sit contrafacientem accusare, et
habeat medietatem Banni, et no-
men accusatoris teneatur secretum.
Item quod quilibet quolibet die
Sabati teneatur, et debeat purga-
re ante domum suam, et eleva-
re omne incommoramentum, quod
esset ibi. Et qui contrafecerit sol-
vat nomine Banni vice quali-
bet quinque solidos denariorum.
Et Capitaneus teneatur vinculo
Iuramenti, et pena XXV. Libra-
rum denariorum de suo salario
quolibet die Dominico mittere
unum ex Notarijs suis per dic-
tam Civitatem ad inquirendum
predicta, sive de predictis. Et quo-
libet die Sabati facere publice
bandiri per dictam Civitatem
in omnibus locis consuetis, quod
quilibet persona teneatur, et debe-

at obseruare prędicta. Saluo, et re-
seruato quando quicumque murare-
rit, uel murum fecerit, seu mu-
rari fecerit aliquam domum, seu
aliquid aliud opus fecerit, uel fie-
ri fecerit in ipsa domo, quod possit
tenere lapides, lingia, arenam, cal-
cem, et maltam donec compleatur
dicta domus, seu dictum opus. Item
quod nulla persona debeat habe-
re priuatum, uel sciacquatorium,
quod uadat, uel discurrat in flu-
mento Rini, nec in Vijs publicis,
uel uicinalibus. Et qui contra
fecerit uetendo ipsis in XX. solidos
denariorum communi Belginei
uice qualibet, qua contrafecerit
per ipsum Capitaneum condemne-
tur, et quilibet possit contrafaci-
entem accusare, et habeat medi-
etatem Banni, et stetur Juramen-
to Accusatoris, et nomen ipsius
tene-

168v

teneatur secretum. Item quod nul=
la persona audeat, vel presumat
ponere, seu poni facere pro pesca
iuxta stratas, et sales per quin=
que merrengas bregimen, siue
letamen, et qui contrafecerit sol=
vat vice qualibet 100. solidos de=
nariorum venesinorum Commu=
ni predicto, et quilibet possit con=
trafacientem accusare, et habe=
at medietatem Banni, et nomen
Accusatoris teneatur secretum.
Liceat tamen cuilibet ponere,
et poni facere, et tenere letamen,
et quodlibet aliud bregimen in
Campo suo, siue possessione sua
quacumque secundum conditio=
nem alicuius auctoritate pre=
sentis Capituli, et quod nullus
in Cartonarijs paruis Communis
Feltrini habeat, nec habere de=
beat aliquam propriam causam

in campo ponendi, uel tinendi aliquod
genus frugiminis, uel letaminis pe=
na XX. solidorum denariorum, in
quibus contrafaciens Communi
Fulginei per Capitaneum Popu=
li Fulginatis debeat condemna=
ri. Et Custodes cuiuslibet Porte 68
Ciuitatis Fulginei iuramento, et
pena X librarum denariorum pro
quolibet teneatur et debeat denun=
tiare D. Capitaneo supradicto con=
trafacientes in predictis, uel aliquo
predictorum, et habeant medieta=
tem Banni. Et predictus Capitane=
us Populi Ciuitatis Fulginei uin=
culo Iuramenti teneatur, et debe=
at facere publice bandiri per dic=
tam Ciuitatem in locis consuetis
in principio sui regiminis. Et nul=
lus audeat, uel presumat aliquam
Bestiam sanguinare in stratis, uel
vijs publicis in dicta Ciuitate
Ful=

Dulginei pena trium librarum dena-
riorum prò quolibet, et vice qualibet.
Et quilibet possit contrafacientem
accusare, et habeat medietatem Ban-
ni, et nomen accusatoris teneatur
secretum. Et predicta Potestas eo-
dem modo teneatur vinculo iura-
menti in principio sui Regiminis
facere publice preconizari per
dictam Civitatem. Et nulla per-
sona possit, nec debeat habere ali-
quam fossam iuxtà, vel prope Mu-
rum Communis Dulginei intrà, vel
extrà ipsum Murum per quatuor
mezzenglas pena 200. solidorum
denariorum, in quibus contrafaci-
ens per Potestatem, vel Capitane-
um debeat Communi predicto con-
demnari. Item quod brucimen quod-
cumque portatur extrà Portam San-
cti Iacobi ab aqua portetur, et porta-
ri debeat per illos, qui portant illud

addiderint ipsum Bruciamen ad vectu-
ram ad araturam, seu quadrum
araturis, Molendinorum Communis,
qui est prope, seu iuxta Hortum do-
mini Ugolini Nalli de Trincijs de
Fulginio pena decem solidorum
denariorum Perusinorum, in quibus
contrafaciens Communi Fulginei
vice qualibet debeat condemna-
ri, et Custodes predicti Sancti Ia-
cobi possint, teneantur, et debeant
vinculo iuramenti contrafacien-
tes accusare, et habeant medieta-
tem Banni, salvo quod si aliquis
portaverit Bruciamen ad Campum
sive possessionem ipsius, vel alie-
nam per dictam Portam ad dictum
Bannum minime teneatur. Haec
omnia predicti Potestas, et Capita-
neus bandiri faciant infra octo
dies a principio eorum regiminis
ad hoc ut homines non pretendant
in-

ingnorantiam de predictis. Roborantes etiam, et presenti statuto firmantes singula capitula scripta in volumine Statuti Civitatis predicte tractantia de materijs de quibus in dicto presenti capitulo sunt descripta, ipsaque capitula predicta statutis Communis predicti habere volumus roboris firmitatem, ac si per nos ipsos facta essent, ac apposita in presenti capitulo facientia ad materias supradictas.

De pipere dando Consulibus Iudicum, et Notariorum. R.ca 35.

Item dicimus, et ordinamus, quod
Camerarius Communis Fulginei, qui
pro tempore fuerit duobus diebus
ante festum nativitatis Domini
nostri Jesu Christi teneatur, et debe=
at dare, et cum effectu assignia=
re Consulibus Collegij Iudicum
et Notariorum Civitatis Fulginei
qui erunt pro tempore quolibet
anno sex libras piperis solven=
das, et emendas per ipsum Came=
rarium pecunijs, et avere Commu=
nis predicti.

Item

1711

De habitantibus in pertinentijs alicuius Societatis

Rca 56.

Item dicimus, et ordinamus, quod omnes habitatores in pertinentijs alicuius Societatis Civitatis Fulginei teneantur, et debeant facere custodiam ad petitionem Consulum illius Societatis, in qua, seu cuius pertinentijs habitant, et omnia onera subeant, et sub nomine debeant dicti habitatores, ut homines illius Societatis, in cuius pertinentijs habitant, et tam realia, quam personalia. Item firmamus, et volumus statuentes, quod unaquaeque Societas Civitatis Fulginei sit, et esse debeat, et stare, et esse contenta suis hactenus confinibus consuetis pena, et banno 100. solidorum denariorum, in quibus Societas contrafaciens, seu Consules ipsius Societatis dominus per Capitaneum Populi Civitatis predictae Communis Fulginei con-

demnentur. Item quod quelibet persona cuiuscumque conditionis existat, que moratur, vel moram traxerit, vel fecerit in aliqua Societate Civitatis Fulginei, aut in aliquo Castro, seu Villa Communitatis eiusdem Civitatis per octo menses, vel duas partes anni teneantur, et debeant facere omnes, et singulas factiones reales, et personales in eadem Societate, aut Sindicatu, in qua vel quo dictam moram dicto tempore traxerit, vel fecerit. Et ad alias factiones alibi aut in alio loco faciendas minime teneatur accipere, nec possit de aliquo cogi occasione predicta.

Item

172v

De Custodia Civitatis Fulginei

Rica 33.

Item dicimus, et ordinamus pro melio=
ri statu Civitatis Fulginei, et reform=
mine, et Populus ipsius Civitatis
in tranquillitate, et statu pacifico
persevereteur, et semper de bono in
melius augumentetur, et ut Male=
factores, Latrones, et fures, et vio=
lentes committere furta, et male=
ficia, et rapinas, et alia facin=
nora timeant, et boni semper flo=
reant, et vigeant, et securius acqui=
escant, quod Custodia Civitatis, et
districtus Fulginei fiat, et fieri de=
beat per homines, et personas Civi=
tatis, et Communitatis Fulginei con=
tinue de die, et de nocte ad Portas.
et Portas, et in Plateis, et circumcir=
ca muros dictae Civitatis Fulginei
intus, et extra prout Prioribus, et
Gonfalonerio Populi dictae Civita=
tis Fulginei videbitur con=
Et quod dicta Custodia fiat modo,

1732

quo supra scilicet per homines de dicta Civitate à Calendis mensis Maij usque ad Calendas mensis Nouembris, et per homines de Comitatu predicto à Calendis mensis Nouembris usque ad Calendas mensis Maij, et quod Custodiam predictam facere teneantur quilibet, qui moratur, et habitat in dicta Civitate, et Comitatu dummodo ad dictam Custodiam faciendam non cogantur minores sexdecim annis, et maiores etatis septuaginta annorum, et de etatibus, ac temporibus predictorum, scilicet illorum, qui dicentur esse minores sexdecim annis stetur sacramento Patruum, vel matrum, aut prouidentie Officialium Civitatis super dicta Custodia. Et illorum qui dicentur esse etatis septuaginta annorum, et ultra stetur eo-

rū=

70

173

credatur eorum Iuramento, ac Offici=
alium prędictorum providentiæ
Volumus etiam, et firmamus quod
si in una, et eadem domo essent
quatuor homines, et abinde supra
et starent, seu facerent unum fo=
cum, et ad unam vitam, quod unus
ipsorum sit exemptus à custodia
supradicta, et ad ipsam custodiam
faciendam minimè cogi possit.
Et si quis cui pręcepta fuerit ip=
sa custodia per aliquem Offici=
alem, cui commissum fuerit ipsum
Officium non fecerit ipsam custo=
diam in quinque solidos denario=
rum Perusinorum vice qualibet
Communi Fulginei condemnetur, si
fuerit pedes, si vero de Equitibus
Cavallarijs, vel ex Stirroarijs perquo=
libet, et vice qualibet in X. soli=
dos denariorum Perusinorum con=
damnetur Communi prędicto, et

plus, et minus ad voluntatem, et
arbitrium Capitanei, seu Officia-
lis qui fuerit super dicta Custo-
dia deputatus possit, et sibi liceat
mittere scambium sufficientem
quoad dictam Custodiam faci-
endam. Et sufficiens intelligatur
ut videbitur dicto Officiali. Item
quod omnes custodes predicti
teneantur, et debeant venire ad
Palatium dicti Capitanei, et se
presentare Officiali predicto hora
qua Campana pulsatur pro dic-
ta Custodia, et si quis se non
presentaverit in dicta hora sol-
vat Communi predicto sex dena-
rios. Item quod Custodes predicti
teneantur ire ad portas, sive lo-
ca ad quas, vel que eis iniunctum
fuerit sine temporis intervallo ad
penam duorum solidorum denari-
orum pro quolibet, et vice qualibet,
Et

et ad dictas portas, siue loca, ad
quas, uel quae dicti custodes mis:
si siue positi fuerint, teneantur
stare, et morari usque ad campa:
nam communis, quae pulsatur de
mane, et minime discedere. Et si
quis contrafecerit soluat poenam
praedictam, si uero se absentauerit
et ad dictam portam sibi assigna:
tam non rediuerit soluat com:
muni praedicto quinque solidos
denariorum Senesinorum, qui sibi
auferantur de facto, et quod sit
licitum uni ex duobus custodi:
bus positis ad aliquam portam
dormire dummodo alter uigilet
Et si aliter praedictorum, qui uigi:
lare debitur fuerit inuentus dor:
mire soluat nomine banni XX
denarios. Item teneantur custo:
des praedicti omnes personas, quas
inuenerint post tertium sonum

175r

Campane Communis, quae pulsa:
tur de sero tarde, et ad Palatium
Capitanei, seu Potestatis ducere
et presentare coram eis ad penam
X. solidorum denariorum pro qua:
libet vice, qua contrafecerint, et
qualibet persona, sic inventa, quam
non duxerint. Et si aliqua perso:
na aufugerit, et non permiserit
se capi, et duci condemnetur per
Officiales predictos in X. libris de:
nariorum, et plus, et minus ad ar:
bitrium dictorum Officialium
considerata conditione persone,
et facti, et dictus Capitaneus, seu
alius Officialis quicumque depu:
tatus ad ipsam custodiam fieri
faciendam teneatur, et debeat
contrafacientes in predictis, vel ali:
quo predictorum punire, et condem:
nare in penis predictis, et plus, et
parciori ad eorum voluntatem,
et

175v

et arbitrium de Iure, et de facto
sine aliqua solemnitate et scrip=
tura, et Bannum, seu condemna=
tionem in Cippum Communis prae=
dicti mitti facere prout eidem Ca=
pitaneo, seu Officiali super Custo=
dia deputato uidebitur conuenien=
te. Item quod dictus Capitaneus
habeat liberum, et generale arbi=
trium, et specialem, et generalem
Baliam, et Iurisdictionem erga
dictam Custodiam, et in his, et
circa praedicta, quae ad dictum
Officium spectabunt. Et non pos=
sit per Potestatem, uel per alium
Officialem contradici in aliquo, quod
in dicto Officio duxerit faciendum
sub pena C. librarum denariorum
Senensium pro quolibet, et uice
qualibet, in quibus ... successores
uel successoris debeant condemna=
ri Communi praedicto, et praesens

Capitulo volumus omnibus alijs Ca=
pitulis statutorum tam Populi quam
Communis, et reformationibus Con=
silij generalis, et credentie Civi=
tatis predicte, et arbitrijs concessis,
et concedendis eidem Potestati, et
Capitaneo, vel alteri pro eum preua=
lere. Item quod in omnibus, et sin=
gulis penis in presenti Capitulo
contentis, et ubi de penis fit ali=
qua mentio semper intelligatur
plus et minus ad arbitrium, et
voluntatem Capitanei Populi
Civitatis Fulginei, vel alterius,
qui esset Officialis pro dicto Com=
mune super custodiam Civita=
tis predicte. Item quod nullus
forensis, qui venerit ad habitan=
dum in districtu, et Civitate Ful=
ginei possit, nec debeat per aliquem
Officialem dicti Communis gra=
vari in aliqua occasione dicte

Cus:

custodię, nec ad ipsam custodiam
faciendam cogi infra duos annos
computandos a die quo uenerit
ad habitandum in dictam Ciui=
tatem, uel districtum eiusdem
Ciuitatis. Item ordinamus firma=
mus, et dicimus statuentes, quod
si contingat aliquam personam
uelle transire, et transiretur per
uim, seu contra uoluntatem Cus=
todis, seu Custodium positi, seu
positorum per quemcumque Offi=
cialem deputatum super custo=
dia Ciuitatis predictę ad aliquam
portam siue ad aliquem locum
ad custodiendum, quod eidem
Custodi, seu Custodibus supra=
dictis liceat, et licitum sit ipsum
talem, uel tales modo quo supra
transire uolentes, et transeuntes
capere, tenere, impedire, et graui=
ter offendere in persona ipsius

rauit ipsorum sine pena et Ban-
no. Saluo semper, et reseruato quod
eum, uel eos dicto modo trãsire
uolentes, et transeuntes interficie-
re non possint.

Item

177v

De Scripturis dandis ad exem-
plandum

Rica 38

Item dicimus, et ordinamus, quod
Camerarius Communis Fulginei
precise Iuramento teneatur, et
debeat dare, et prestare libros, et
Quaternos Communis Fulginei
ad exemplandum, et acta, et scrip-
turas ad petitionem illius, ad
quem pertinebit scriptura, et cui-
cumque Notario sibi placuerit, ut
quilibet possit, et valeat prosequi
iura sua. Et si predictus Camera-
rius predicta facere contempserit
pro qualibet vice in tribus libris
denariorum Perusinorum Commu-
nis Fulginei debeat condemna-
ri. Item, quod Notarius Potestatis,
et Capitanei, et alii Officiales
dicte Civitatis vinculo Iuramen-
ti, et pena C. librarum denari- 172
orum pro quolibet, et vice quali-
bet, in quibus si contrafecerint
per Sindicum dicti Communis

ipsi Communi debeat condemna=
ri teneantur, et debeant exhibe=
re acta, et Scripturas, quę et quas
Scripserint durante eorum Officio
et quę reperirentur, et essent in
libris dicti Communis, qui essent
penes eos ad petitionem, et requi=
sitionem cuiuslibet de Civitate
Fulginei, et districtu, ad quam per=
sonam talia acta sive Scripturę
pertinerent. Et Notarij supradic=
ti Civitatis Fulginei unus, vel plu=
ribus, ut de ipsis Scripturis et actis
copiam sumat, ac exhibeat dicto
tali, ad quem ipsę Scripturę per=
tinerent sine aliquo pretio, vel
mercede. Et supradicti Notarij
Potestatis, et Capitanei, et alij
Officiales copiam aliquam de
Scripturis prędictis sumere, ac su=
mi, aut extrai facere non pos=
sint, nec debeant ad pęnam prędictam
nisi ut superius continetur.

Item

De turpitudine non prohicienda per proaulum.

Rca 59

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla persona in Civitate Fulginii proiciat aliquid Brucimen, seu turpitudinem aliquam per aliquod per angulum, seu fenestram, nec aquam, vel turpitudinem aliquam faciat in stratis, seu viis publicis, aut vicinalibus, seu proiciat de superangulo, seu fenestra, seu alio loco aut quocumque modo, nec portet manualiter, vel portari faciat, et quicontrafecerit in XL. solidos denariorum Communi Fulginei pro qualibet, et vice qualibet condemnetur. Et si praedicta aqua Brucimen, seu turpitudo ceciderit, vel labierit super dorsum, vel pannos alicuius in tribus libris denariorum Communi Fulginei condemnetur; et quilibet possit contrafacientem accusare, et habeat medietatem Banni, et stetur iuramento Accusatoris. Et nulla

personam de die, vel de nocte ali-
quam turpitudinem proiciat in
domo Vicini sui, seu Vicinorum
suorum, et qui contrafecerit in XL.
solidos denariorum uice qualibet
condemnetur. Et quilibet possit con-
trafacientem accusare, et stetur
iuramento ipsius accusatoris, et no-
men ipsius teneatur secretum. De
nocte uero post tertium sonum cam-
pane liceat unicuique proicere a-
quam de peragulis, et non aliam
turpitudinem dummodo tribus uici-
bus clamet dicendo caueto Vobis,
et aliter non. Item quod nulla per-
sona, que retinuerit hospitium in
Ciuitate Fulginei, uel moraretur
aut esset in ipso hospitio, seu que
fuerit in aliqua domo, aut loco
alio sozzuram sonecturam, et ali-
am turpitudinem in aliqua stra-
ta, seu Via dicte Ciuitatis Fulgi-
nei. Et si contrafecerit pro qualibet
Vice

nice, et qualibet persona in C. soli=
dos denariorum perusinorum pro ca=
pitaneum dictæ civitatis communi
Fulginei condemnetur, et cuilibet sit
licitum contrafacientes in prædictis de=
nunciare, et habeat medietatem ban=
ni, et nihilominus Capitaneus supra=
dictus, seu eius Officiales teneantur
inquirere de prædictis quolibet men=
se, et quos invenerint culpabiles pu=
nire, et condemnare in penis supe=
rius declaratis.

Ut Persone de Valle, et Carpello teneantur habitare in Burgo Sancti Euracchij — R.ca 80

Item dicimus, et ordinamus, quod omnes ille persone de Valle, et Carpello, que olim fecerunt, et fieri fecerunt domos in Burgo Sancti Euracchij infra mensem Beati Felitiani teneantur, et debeant ad dictum Burgum, sive locum redire ad habitandum cum eorum familijs, et ibidem moraturi, et habitaturi cum dictis eorum familijs de die, et de nocte, et qui contrafecerit in XXV libris denariorum Perusinorum per Capitaneum supradictum Communi Fulginei condemnetur, et nihilominus teneantur ire, et morari, et redire, et morari, ac habitare in d.o Burgo, et Capitaneus Civitatis Fulginei teneatur precise sub pena 100. librarum denariorum Perusinorum de predictis facere inquisitionem quolibet mense semel ad minus, et quos invenerit culpabiles punire, et condemnare in penis predictis,

ac

teneatur, predictos facere iura-
re ad Sancta Dei Evangelia cor-
poraliter tactis Scripturis, ut supra
dictum est, scilicet de habitando
continuè in dicto loco, et à quoli-
bet ipsorum recipiat fideiussores
de 100 libris denariorum de obser-
vando predicta, et si quis ipsorum
venderet domum suam faciat
aliam in eodem Burgo, in qua
possit cum sua familia habita-
re continuè ad penam superius
nominatam. Item quod quilibet
predictorum teneatur, et debeat
omni exceptione remota dare et
soluere pretia Casalenorum, et
petiarum, quas ceperunt secundum
extimationem olim de ipsis statu-
tam per Iacobum Ioannis, Iaco-
bum Michaelis, et Magistrum Ste-
phanum Masei illis qui eorum fue-
runt. Et Capitaneus Populi pre-

181r

eisd. iuramento teneatur prędicta fa=
cere observare infra decem dies
postquam, petitum fuerit coram
eo Capitulo aliquo Statuti tam
Populi, quam Communis, quod in
contrarium loqueretur non obstan=
te ante, vel retro positum. Item
dicimus, et ordinamus, quod Capi=
taneus Populi supradictus tene=
atur, et debeat de pecunia Com=
munis Fulginei supradictis homi=
nibus, qui habitant in Burgo prę=
dicto facere satisfieri de damnis
domorum, quę fuerunt eis devas=
tatę in dictis Villis, sed in quan=
tum lateneus extimatę fuerunt
Capitulo aliquo non obstante. Et
prędicta omnia Capitaneus, et
eius Officiales sine diminutio=
ne aliqua teneantur, et debeant
observare, et observari facere sub
pęna pręstiti iuramenti, et 100.
Li=

181v

librarum denariorum, in quibus per Sindicum dicti Communis Ful=ginei ipsi Communi debeat con=demnari. Et nullus Advocatus nec alia Persona accedat, vel presumat coram aliquo Officiali contra predicta, vel aliquid pre=dictorum advocare, vel aliquid dicere, vel contra predicta, vel aliquid predictorum dare auxili=um consilium, vel favorem pu=blice, vel occulte, et contra facien=tes in 100. libris denariorum Com=muni Fulginei condemnentur. Et de predictis Capitaneus, et eius Offi=ciales non possint petere absolu=tionem sub pena superius nomi=nata. Item, quod Priores Populi Civitatis Fulginei precise, et Iu=ramento teneantur, et debeant da=re operam efficacem, quod predic=ta omnia, et singula per supra= | 74

dictum Capitaneum, et eius offi-
ciales integre observentur, quod
si non fecerint in 100. libris de-
nariorum prout subsequentis Prio-
ris de Palatio Communis Fulginii
condemnari. Et hoc Capitulum
sit precisum, cui nullum aliud
Capitulum ante, vel retro positum
possit in aliquo derogare.

dictum

182v

De Sciacquatorijs non habendis

Rica 81

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla Persona cuiuscumque conditionis existat, possit, nec debeat habere Sciacquatorium, vel necessarium in Via publica, vel vicinali, et qui contrafecerit, solvat nomine Banni 200. Solidos denariorum et Potestas, et Capitaneus, et quilibet ipsorum ad petitionem cuiuscumque petentis teneantur facere claudi, et removeri talia Sciacquatoria, et necessaria infra quindecim dies post quam fuerint requisiti. Et quod nulla Persona in aliquo Burgicciolo proiciat Bruttimen, sive aliquam aliam turpitudinem, et si quis contrafecerit in tribus libris denariorum Communi Fulginei vice qualibet condemnetur. Et Potestas, et Capitaneus et quilibet ipsorum, et ipsorum Officiales teneantur ad petitionem

183²

cuiuscumque petentis facere fie-
ri Canale in dictis Burgheciolis
et remundari ipsos Burgheciolos,
et facere fieri omnes, et singulas
novitates factas in preiudicium
alicuius partis novas, et veteras
expensis communibus infra quin-
que dies postquam petitum fue-
rit pena L. librarum denariorum
pro quolibet dictorum Officialium,
qui in predictis fuerit negligens,
vel remissus, et predicta fieri non
fecerit.

Item

183v

Quod Rectores Artium possint esse de qualibet arte duo

Rũa 82

Item dicimus, et ordinamus, quod Rectores Artium Civitatis Fulginei sint et esse possint de qualibet Arte duo et hoc si ars excedit numerum 20 hominum si vero Ars fuerit a viginti hominibus infra talis Ars habeat solum unum Rectorem, qui vero Rectores approbantur per Priores, et Confalonerium Populi dictae Civitatis, et alias pro Rectoribus minime habeantur nisi procedatur approbatione predicta videlicet Priorum, et Confalonerij predictorum. Item, quod dicti Priores, et Confalonerius teneantur, et debeant vinculo iuramenti facere coram eis venire, et comparere omnes, et singulos Consules sive Rectores omnium Artium dictae Civitatis cum hominibus ipsorum, et cuiuslibet eorum Artium ordinamentis, et ipsa ordinamenta diligenter leggere, et examinare, et si in

ipsis ordinamentis, uel aliquo ipsorum reperiretur, uel esset aliquod capitulum, uel ordinamentum, quod decens non esset, aut non faceret pro Statu presenti Ciuitatis predicte, et Artium predictarum illud tollent, cassent, et remouebant de ipsis ordinamentis, et tolli, et cassari faciant Priores, et Confalonerius supradicti. Item, quod Consules, et Rectores dictarum Artium, et cuiuslibet earum teneantur, et debeant capitula unum, uel plura, quod uel que cassarentur, uel remouerentur per dictos Priores, et Confalonerium sicut eis uideretur tollendum, et remouendum tollere, et cassare, et tolli, et cassari facere de cartis ipsarum Artium infra secundam diem à die mandati, aut inhibitionis eisdem Consulibus facte per Priores, et Confalonerium supradictos, et

ipsis

ipsis minime uti pena, et Banno 25.
librarum denariorum bononinorum
pro quolibet ipsorum Consilium, et 50.
librarum denariorum Arti predicte
in quibus per Capitaneum Populi
dicte Civitatis dicto Communi si
contrafecerint debeant uice qualibet
condemnari.

Quod causae vertentes inter Mercatores occasione Mercantiae compromictantur

Rubrica 83

quod causa, vel quaestio ex causa mercantiae, vel depositi inter quascumque personas compromittatur

De Arbitris vid. in Stat. Civ. no. p.o rub. 89. et quod hab. declarat. vid. in tra rub. 153. quae est rub. finalis, et nota quod hoc Stat. loquitur de causis etiam si praefatis narrationibus ipsa initiata, et quod sit causa in qua dicam vid. in L. causas Cod. de trans. et in L. pa. de Tesp. H.

Item ut Mercatorum causae pro futuro minime protelentur, sed expediantur summarie sicut decet, statuimus, et ordinamus, quod si qua causa inter aliquos mercatores cives, vel forenses, vel aliquas quascumque personas occasione, et praetextu alicuius mercantiae cuiuscumque generis, sive alicuius depositi facto de aliqua quantitate pecuniae, sive mercantia quacumque penes aliquem mercatorem in posterum oriretur, quod Iudex Potestatis, sive Capitanei dictae Civitatis Fulginii, coram quo ipsa causa initiata fuerit, sive praefacti narrationem exposita teneatur, et debeat vinculo Iuramenti, et pena 100. librarum denariorum, in quibus si contrafecerit per Sindicum dicti Communis Fulginei debeat condemnari ipsas partes, inter quas ipsa causa initia=

nota verbum sive praefati narrat. expositas poena Iudicij non cogentis eas personas ad compromissum

ta

ta fuerit seu exposita, ut supra descri=
bitur infra secundam diem post in=
ceptam causam, seu expositionem
ipsius, et post ad petitionem, et ter=
minum cuiuscumque petentis reali=
ter, et personaliter constringere, et con=
stringi facere ad compromittendum
causam ipsam de iure, et facto alte,

de iure, et de facto alte, et basse. Sed in stat. Fulginei sunt ista verba alte et basse quod nota ad ea, quae ibi dicta sunt

et basse in duos bonos, et legales me=
catores de d. Civitate Fulginei po=
nendos, et eligendos communiter in=
ter ipsas partes, videlicet unum pro
qualibet partium, qui vero duo boni
mercatores predicti taliter electi te=
neantur, et debeant vinculo iura=
menti, et pena 500. librarum dena=
riorum pro qualibet ipsorum, ad quam
soluendam per ipsum Iudicem coram
quo ipsa causa, ut supra premittitur
incepta fuerit, seu prefati narratio=
nem exposita de facto cogantur ipsam
causam finire, et terminare infra 15.

isti Arbitri debent esse mercatores de Fulginio, et nota quod cognoscere debent et causam terminare infra 15. dies ut infra

Instantia huius compromissi est 15. dierum sed in Stat. est mensis, sed istud est stat. speciale, et illud gnle

nota, seu prefati narrationem exposita

176

186

dies continuos numerandos à die fa-
cti Compromissi in eos, quam si non ter-
minarent, uel difinirent infra dictum
terminum dictam poenam Communi
predicto Fulginei solvere teneantur
ut superius continetur, nisi terminus
de partium uoluntate fuerit proroga-
tus, et nihilominus in Palatio dicti
Communis Fulginei ipsi Arbitri, et
Arbitratores constricti, et coacti tanto
tempore debeant detineri quousque
causam ipsam fine debito termina-
bunt. Qui Arbitri, et Arbitratores eli-
gendi modo quo supra causam ipsam
seu causas compromittendas in eo, de
quibus supra fit mentio cognoscendi
terminandi, et diffiniendi summarie,
et de plano sine strepitu, et figura
Iudicij diebus utilibus, et feriatis au-
ctoritate presentis Capituli plenam
habeant potestatem. Et si dicti Arbi-
tri, et Arbitratores non concordaren-
tur

sine strepitu, et figura iudicij diebus etiam feriatis, sed istud ex stat. speciali in causis depositi pecuniis, uel in causa alicuius mercantiae ut s(upr)a in principio

nota quod appellatur ab Arbitris, et Arbitratoribus et idem infra uerso, et tamen dici et utrumque volentes sed istud ex stat. speciali

186v

tur, seu si non concordarint ad invicem
quod de voluntate ipsarum Partium ter-
tius eligatur, et eligi possit, et Laudum (de 3°. eligendo)
Arbitrium declarationem terminationem
sententiam, et definitionem fiendam
et dandam per ipsos Arbitros, et Arbi-
tratores Iudex predictus singula iura-
mentis, et penas predictas debeat, et te-
neatur statim cum petitum fuerit
absque aliqua citatione fienda, seu
aliquo dando termino ad solvendum
executioni mandare, et partem ipsam,
contra quam Laudum Arbitrium decla-
ratio terminatio sententia, seu defi-
nitio lata, et data fuerit cogere re-
aliter, et personaliter ad solvendum,
et dandum quantitatem contentam
in eis, et partem ipsam in Palatio
seu Carceris dicti Communis, ut stare
pro qua Laudum, Arbitrium declara-
tio, terminatio, sententia, et defi-
nitio lata, et data fuerit voluerit.

(In margine: quod sententia ipsorum Arbitrorum executioni mandetur statim sine aliqua cit.e et termino aliquo ad solvendum dato)

(In margine: nota quod talis debitor potest carcerari si creditor vult, sed quod si vult dare fideiussorem de non exeundo Palatium)

Et tamdiu detineri debeat quousque
de contentis in ipsis Laudo, Arbitrio,
declaratione, determinatione, sen-
tentia, seu definitione, et expensis le-
gittimis satisfecerit cum effectu appel-
latione aliqua conditione, seu peti-
tione Consilij, vel quod reducatur
ad arbitrium boni Viri, vel aliqua
quavis exceptione, vel causa in
aliquo non obstante. Volentes,
et ordinantes, quod ab ipsis Laudo,
Arbitrio, terminatione, declaratio-
ne Sententia seu definitione fe-
rendis, et dandis per ipsos Arbitros
et Arbitratores occasionibus supra
dictis, et ab executione ipsorum,
vel aliqua eorumdem nulli liceat
appellare, nec contradicere, nec pe-
tere, quod reducatur ad arbitrium
boni Viri, nec petere super parte
vel toto Consilium Sapientis, nec
aliquam exceptionem opponere et

nota quod a tali Laudo non potest reclamari ad bonum Virum nec contra ipsum aliquid opponi, sed instrumento Cois sciendum est, et vide penam hic reclamantis, vel appellantis, vel aliquid opponentis dummodo solvatur d(e) ablativo ut hic in fine. Sed in hoc non valet dictum statutum propter Constitutionem Ecclesie allegat infra in reformatione depositi ubi vide omnino

Dari

187v

Pars, quæ contrafecerit in 50. libris denariorum ad petitionem cuiuscumque petentis debeat condemnari. Et nihilominus appellatio ipsa conditio, et petitio non admictantur, nec valeant ipso iure capitulo aliquo Statuti tam Populi, quam Communis loquentium in contrarium non obstante. dummodo de ipsis Laudis, Arbitriis, terminationibus, declarationibus, sententiis, seu diffinitionibus, et etiam de executione ipsorum Gabella solvi debeat ad solarium secundum formam Statuti Civitatis prædictæ. Et prædicta omnia, et singula Potestas et Capitaneus, et quilibet ipsorum teneantur, et debeant facere, et fieri facere, et integraliter observare sub pena præfati iuramenti et 100. librarum denariorum dicto Communi Fulginei applicandorum. 177 Gabella solvenda ad solarium

188r

De muro construendo in Contra=
da Sancti Euracchij

Rica 84

Item dicimus, et ordinamus, quod
Expensis Communis Fulginei ha=
beatur una Campana ponderis
ad minus 400. Librarum, et pona=
tur, et teneatur in Turri construc=
ta in Contrada Sancti Euracchij et
etiam quod muretur muro mura=
to, et facto ad Arenam, et Calcem
circum circa locum dicti Sancti
Euracchij videlicet prout, et quan=
tum protenditur, seu se extendit
Fossum dicti loci, et solitum fuit
esse steccatum ibidem. Qui mu=
rus fiat hoc modo videlicet, quod
adiacentes personæ loco prædicto
dare teneantur, ac etiam assigna=
re in dicto opere lapides, et ser=
vitia facere manualia neces=
saria ad manunctum, et dictum
Commune Fulginei facere, et fie=
ri facere singula alia necessaria
ad perfectionem muri prædicti, et
quod

[illegible]

quod per dictas Personas adiacentes
demendentur formam, quae extat, et
si pretendit atturari predicta usque
ad habedem; et quod Priores Popu-
li Civitatis Fulginei eligatur unus
bonus, et legalis homo in superstiti-
tem supra predictis, et ut predicta
debitum sumant effectum.

1992

Qualiter represaliæ concedantur

R.ca 85

Item dicimus, et ordinamus, quod si
aliquis de Civitate Fulginei, vel
districtu fuerit derubatus eidem
Bona sua, et violenter accepta seu
quocumque modo accepta fuerint, sottra-
cta in aliqua Civitate, Castro, Commu-
nantia, Villa, seu loco, aut etiam
Territorio, vel districtu ipsorum, vel
alicuius eorum pro obtinendis repre-
salijs talis ordo servetur videlicet,
quod ex parte Potestatis, Capita-
nei Priorum Populi, Confalonie-
rij, et Communis Civitatis Fulginei
illa talis Civitas, Castrum, Commu-
nantia, Villa, seu locus ubi dictus
noster Civis, vel Comitatinensis fue-
rit derobatus, vel rebus suis quoquo
modo expoliatus primo per licteras
requirantur, ut eidem nostro Civi,
vel Communitatensi de dictis
rebus sibi subtractis, acceptis, vel
derobatis integrè satisfiat, quæ
lic-

Ireleris expensis dicti talis derobati, vel alterius pro eo tantummodo transmittantur. Et si per litteras non satisfecto infra 15. dies eidem derobando concedantur ei expensis ipsius duo Ambasciatores, quos ipse voluerit, qui vadant, et ire debeant ad illam Civitatem, Castrum, Communantiam, Villam, seu locum, in qua vel quo, seu ipsorum, vel alterius eorum Territorio dictus noster Civis, vel Comitatensis fuerit derobatus, vel ei Bona sua et res quodamodo accepta, seu violenter subtracta ad rogandum, et monendum ex parte dicti Communis homines, et Commune illius loci vel Terre, ubi eidem nostro Civi vel Comunitatensi res, et Bona dicto modo fuerunt derobata vel quoquo modo accepta, vel subtracta, ut satisfaciant, et satisfieri fa-

180 r

faciant cum effectu de ipsis bonis,
et rebus nostro Ciui, uel Communi=
tatensi. Quod si non fuerint itl=
rato de nouo dari debeant eidem
nostro Ciui uel Comitatensi expen=
sis Communis Fulginei duo boni, et
idonei Ambasciatores si eisdem dñi=
onibus, qui pro tempore fuerint ui=
debitur conuenire de duobus Am=
basciatoribus tantum de minori
autem nummero in quolibet dic=
torum casuum ipsis dñioribus, qui
pro tempore fuerint arbitrio reser=
uato. Qui duo Ambasciatores pre=
dicti, aut unus prout uidebitur,
et placuerit dñioribus antescriptis
uadant, et ire debeant ad dictam
Ciuitatem Castrum, Comunantiã,
Locum, uel Villam ubi idem noster
Ciuis, uel Comitatensis fuerit de=
robatus, uel eidem bona, et res
ipsius uiolenter accepte uel quo=
cum=

cumque modo subtractis ad rogan-
dum ipsum commune, et homines
ac etiam monendum, ut satisfaci-
ant dicto nostro Civi, vel Comita-
tensi prout alijs Ambasciatoribus
superius continetur. Et si predicta
non fecerint predicto nostro Civi
peractis omnibus supradictis prout
superius est expressum ponatur
in Consilio si tali nostro Civi
derobato, vel suis heredibus sint
represaliae concedendae, vel non,
et secundam deliberationem fien-
dam in dicto Consilio procedant.
Et haec omnia, et singula supra-
dicta prout superius continetur
Potestas, et Capitaneus Civitatis
Fulginei ipsi, et quilibet ipsorum
teneantur, et debeant vinculo iu-
ramenti, et pena quingentarum
librarum denariorum de suo sa-
lario, et privatione ipsorum

Curi

Officij facere, et obseruare et
fieri facere; ac etiam obserua-
ri ad petitionem cuiuscumque
petentibus;

Item

De Arcaturis, et clusis Molen-
dinorum Communis Fulginei
Rubrica 86.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis, vel si qui habet vel habent aliquam Molendinam, quae Molendinae habeant aliquam clausam arcaturam, siue clusam, et ipsa clusa, siue arcatura per ipsos vel aliquos alios à viginti annis citra fuerint murata ante vel retro in praeiudicium alicuius, vel aliquorum, qui habent in dicta contrada tenutam, Vineam vel Molendina alia. Et praedicti in quorum praeiudicium facta esset probarent per quinque testes, vel plures, quod dicta clusa, vel Arca ~~fuerat~~ tunc sic murata de loco ubi esse consueuit ad locum propter quod uni, vel pluribus praeiudicium faciant, quod dicta clusa siue arcatura ad statum pristinum reducatur, et reduci debeat, et ubi esse consueuit arca.

te dictum tempus, et Potestas qui
pro tempore fuerit teneatur, et debe=
at percipere pęna 100. librarum
denariorum cuilibet habenti jus
in dicta aratura, seu clusa pe=
dis bannum si contrafecerit acci=
pere, et quod dictum opus in sta=
tum pristinum reponant, et re=
ponere debeant. Et si idem Potestas
prędicta facere obmiserit ad peti=
tionem cuiuscumque petentis, et
dictam pęnam à contrafacienti=
bus non exigere pro communi in=
currat pęnam 25. librarum de=
nariorum, et pręstiti Iuramenti
in quibus per Sindicum Commu=
nis Fulginei debeat penitus con=
demnari.

Item

Quod prescriptio temporis non pregiudicet Ius habenti in aliqua Iurri

Rica 80

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis habet partem in aliqua Iuri, Cortinas, et pertinentijs ipsius Iuris ipsasque non possidet, vel non possedit spatio alicuius temporis non preiuderet ius habenti si ostendiderit per publicum instrumentum se habere partem, seu Ius in Iuri, et Cortinas, et in pertinentijs ipsius Iurisdicat eis tenutam, et possessionem ipsius Iurris, et Cortinas, et pertinentianem ipsius intrare auctoritate propria sine alicuius contradictione prescriptione temporis aliqua non obstante, in alijs vero rebus procedat, ut dictum est

De Armis quę portari prohibentur

Rubrica 88

vid. Stat. Ciuis lib. p: Rub. 80.

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla Persona audeat, vel presumat portare per Ciuitatem Fulginei, et Carbonarijs nouis intus arma sub pęna 100. Solidorum denariorum Cortonensium pro quolibet genere armorum, et perditionem ipsorum armorum, in quibus contrafaciens per Potestatem Communis Fulginei debeat condemnari. Et Potestas teneatur, et debeat inquirere de predictis quolibet die semel ad minus, et Familiam suam cum uno ex suis Notarijs mittere per dictam Ciuitatem nostram pro armis predictis. Saluo et reseruato, quod euntibus extra portam Ciuitatis, et redeuntibus ad dictam, quod in eundo, et redeundo liceat publicè arma portare dummodò portet galleum siue cappellum secum ad collum, vel in

in manu. Item, quod si quis portaverit quadrilictum condemnetur Communi Fulginei in 25. Libris denariorum, et in perditione illius quadrilicti. Item dicimus, et ordinamus, quod nullus Hospitator Civitatis Fulginei audeat, vel presumat aliquem Forensem in suo Hospitio hospitare nisi primo omnia Arma ab ipso forense acceperit, et sibi non restituerit nisi in discessu dicti talis Forensis de Civitate predicta, et qui contrafecerit subiaceat dicte pene salva semper licentia dictorum Potestatis Capitanei, et Priorum Populi dicte Civitatis, et Potestas, et Capitaneus in principio sui regiminis infra octo dies faciant Hospitatores dicte Civitatis Fulginei in Palatio Communis singulos congregari, et legi

1842

facere presens Capitulum publi-
ce inter eos ne ignorantiam pos-
sint pretendere de eodem. Item
si quis fuerit inventus portare
cultellum, seu quadrellitum
alibi quam ad corrigiam ad la-
tum, vel in manu dupplicetur
bannum; Et quicumque inven-
tus fuerit in aliqua Taberna,
vel domo, vel ubi vinum vende-
retur portare Arma predicta
puniatur, ut supra. Et nulla
persona audeat, vel presumat
portare aliquod cultellum acu-
tum, vel malitiosum, et ferito-
rium in canna, vel ligno, et qui
contrafecerit subiaceat pene su-
perius nominate. Et in quolibet
dictorum casuum perdat arma,
et deveniant in commune. Item
quod nullus mercatius, vel te-
nens Apothecam iuxta Plateam
ve-

Pena disponentis arma apud aliquem Apothecarius et aliis similibus

vltra vnam per quatuor domus possit
nec debeat ab aliquo recipere ali-
quod Cultellum in custodia
sub pena, et banno 100. solidorum
denariorum Senensium pro qua-
libet vice, et in eadem penam
incurrat dans Cultellum, seu ar-
ma offensibilia quecumque in
custodiam siue guardiam. Dici-
mus etiam, quod Forbitores dic-
torum Armorum arma quelibet
impune tenere, et habere possint
tam in ipsorum Apothecis, quam
ante ipsas Apothecas causa ap-
tandi, et forbicendi arma pre-
dicta.

De trecentis qui habeant sequi Confalonerium

Rub.ca 89

Item dicimus, et ordinamus, quod pro honore franchitiae et libertatis Populi Civitatis Fulginei, quod infra octo dies post festum Beati Feliciani Potestas Civitatis Fulginei praecise Iuramento teneatur, et debeat vocari facere coram se trecentos homines de dicta Civitate Fulginei, et ipsos facere iurari, quod omnes Constitutiones Confalonerii Iustitiae observent, et quod obediant eidem Confalonerio in omnibus, quae pro libertate Communis, et Populi dictae Civitatis eisdem duxerit iniungendum, et quod eundem Confalonerium sequantur cum Armis, et sine Armis totiens quotiens eidem Confalonerio videbitur, et placuerit publice, et occulte intus, et extra Civitatem Fulginei; Et quod

[illegible]

Su-

supradicti trecenti, et quilibet ipsorum, qui videbitur ipsi Confalonerio Arma portare offensibilia et defensibilia possint, atque valeant per Civitatem Fulginei, et districtu sine pena, et banno ullo obstante. Et de provisione stetur simplici verbo tantum Confalonerij supradicti, et quod electio, et renovatio dictorum 300. fiat, et fieri debeat per Priores et Confalonerium Populi dictæ Civitatis, et per bonum hominem, et per Statutarios pntis Statuti. Et facta electione, et renovatione dictorum trecentum modo quo supra nullus possit de ipso numero detrahi, seu in eodem numero addi, nisi fieret per Priores Confalonerium bonum hominem, et Statutarios supradictos vel maiorem partem ipsorum.

Et quilibet, qui erit de numero supra=
dicto habere debeat, et tenere bau=
sem, et lanciam ad minus, et nomi=
nare dictorem tirelntem, et cuiusli=
bet eorum scribi debeant, et scrip=
ta appareant manu Notarij Refor=
mationum dictæ Civitatis.

Item

Quod nullus contendat pro aliquo exbandito

Riago

Item dicimus, et ordinamus, quod
nulla persona in Ciuitate Fulgi-
nei, uel districtu contendat, uel
aliquid dicat pro aliquo exban-
dito, rebelle, uel confinato Ciui-
tatis predictę occasione rebellio-
nis, uel conuenticule, seu perditi-
onis publicę, uel occultę, uel pro
illis, uel aliquo ipsorum, qui ue-
nerunt ad Ciuitatem Fulginei, uel
contra ipsam Ciuitatem causa
mutandi, et mutari faciendi pre-
sentem bonum, et pacificum sta-
tum dictę Ciuitatis, et qui con-
trafecerit in 50. libris denariorum
Perusinorum Communi Fulginei
condemnetur, et quilibet possit
contrafacientem accusare, et
stetur probationi unius testis
qui audiuerit, uel uiderit, et du-
orum testium de publica fama
quę pro uera, et legittima pro-

uid. infra in proximo stat. et in stat. Ciuil. lib. 2. rub. 46.

batione labbatur. Item quod nulla
Persona de Civitate Fulginii, vel
districtu, seu Villa, aut Universi=
tas audeat, vel presumat recepta=
re aliquem exbanditum dicti Com=
munis pro aliquo maleficio, et
contrafaciens condemnetur
secundum formam Statutorum
loquentium, quod nulla Persona
recipiat aliquem exbannitum,
et de pena in ipso capitulo con=
tenta. Et quia parum est iura
condere nisi sit, qui ea faciat
observari statuimus, quod Pote=
stas, et Iudex maleficiorum quol=
ibet mense teneantur, et debeant
inquirere, et inquisitionem face=
re de predictis per omnes Villas,
et Universitates districtus Ful=
ginii. Et contrafacientes pu=
nire, et condemnare secundum
formam Statuti superius nomi=

na

nati, et in penis in ipso contentis et predictas Potestas, et eius iudices teneantur, et debeant predicte iuramento facere observari sub pena quingentorum librarum denariorum de suo salario omni exceptione remota, et predicta banniri faciant infra octo dies a principio sui regiminis

Quod nullus receptet aliquem exbanditum

Rub.ca 91

vid. stat. fol. lib. 2. rub. 48.

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla Persona in Civitate Fulginei, vel eius districtu audeat, vel presumat asociare, receptare, vel tenere aliquem Exbanditum, seu Proditorem Communis Fulginei, nec eis dare bibere, vel commedere, et qui contra fecerit in 50: libris denariorum Communi Fulginei condemnetur, et ratione Consanguinitatis excusari non possit, nec etiam affinitatis, et si contingeret aliquem Exbanditum fuisse proditorem eiusdem Communis, seu fraudolenter in officio, quod gesserit in Civitate predicta, seu pro auere Communis Civitatis predictae aut in mutatione Status presentis Civitatis eiusdem nulla persona audeat, vel presumat dicto tali exbandito Proditori, et fraudulento dare Panem, Vinum Bladum de-

denarios, vel aliquid aliud spectans
ad victum, nec cui de loquimur par=
te aliqua circumstantiarum dictæ
Civitatis, nec pro ipso per aliquem
debeat fieri aliqua procuratio, seu
rogamen exibitio, aut precum inter=
positio coram aliquo Rectore, seu
Officiali, seu Consilio aliquo, aut
Arenghæ, et qui contrafecerit in
100. libris denariorum dicto Com=
muni debeat condemnari per Pote=
statem Civitatis eiusdem, omni ap=
pellatione, et exceptione remotis
et prædicta dictus Potestas vincu=
lo Juramenti, et pena 200. Libra=
rum denariorum de suo salario
teneatur, et debeat observare om=
ni exceptione, et appellatione re=
motis. Saluo semper, et reserva=
to, quod prædicta, vel aliquid præ=
dictorum non vendicent sibi lo=
cum in Exbanditis, et Condemna=

cati

188 r

ris communis Fulginei à 25. libris
infra, et usque in quantitatem
25. librarum denariorum.

Item

199v

De condepnationibus faciendis

Rica gn

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas Civitatis Fulginei teneatur publice condemnationes, et absolutiones proferre in Consilio generali dictæ Civitatis singulis mensibus, ex quo de maleficio esset clamum, ita quod nulla condamnatio vel absolutio quæ esset facienda seu ferenda de aliquibus excessibus, iniuriis, vel offensis, delictis damnis, et guastis, quæ commicterentur, vel commissi fuerint, vel essent, vel dicerentur in Civitate Fulginei vel districtu eiusdem prætereat tempus triginta dierum a die accusæ, vel denunciationis, seu inquisitionis datæ, vel factæ. Et si Potestas, Judex, vel Notarius in prædictis extiterint negligentes, Potestas in 50. libris denariorum, et Iudex, et Notarius maleficiorum in 25. libris denario-

iniungitur Dñ quod Potestas possit cognoscere de damnis datis, et guastis. Item iniungitur quod instantia in damnis datis sit 30. dierum

orum pro quolibet ipsorum, qui negli-
gens fuerit Communi Fulginii con-
demnetur; et si Notarius malefici-
orum in predictis infra tempus de-
cem dierum testes recipere obmiserit
et ex ipsis negligentiis, vel occasione
ipsarum dictum Commune aliquod
damnum substinuerit dictus Nota-
rius teneatur dictum Commune
conservare indemnem, et de predic-
tis nullam absolutionem petere
possit, vel per novationem nullo
alio capitulo contradicente obstan-
te. Item, quod Capitaneus et eius
Iudex provideant quod predicta per
dictos Officiales executioni man-
dentur, et idem Capitaneus tenea-
tur condemnare omnes predictos Of-
ficiales Potestatis, Iudicem, et No-
tarium, et quemlibet predictorum
contrafacientes in predictis, vel
aliquo predictorum in dictis pe-
nis

nis in hoc Capitulo declaratis, et si
predictus Capitaneus in predictis, vel
aliquo predictorum negligens fuerit
in 100 libris denariorum per Sindi=
cum eiusdem Communis tempore
sui Sindicatus, et deposito suo Offi=
cio condemnetur. Item, quod Nota=
rij mallefitiorum dicti Commu=
nis teneantur, et debeant omnes
condemnationes, et exbandimenta
que occurrerint faciendas duabus
vicibus scribere, seu copiare, qua=
rum unam habeat Camerarius Com=
munis Fulginei, et altera rema=
neat penes Potestatem, et quod
lectis ipsis condemnationibus sta=
tim dictus Camerarius secum re=
portet unam ex copijs supradictis
quas quidem Scripturas dicti No=
tarij facere, et scribere teneantur
in cartis de bonio pena et banno
10 librarum denariorum, in

quibus vi contrafecerit per Sin=
dicum dicti Communis ipsi Com=
muni pro quolibet, et vice qua=
libet debeant condemnari.

Item

De penis duplicandis, et tripli-
candis

Rica 93

vid. de materia in stat. Comis in lib. 1°. rub. 90.

Item dicimus, et ordinamus, quod
in quolibet maleficio, delicto,
vel quasi, et iniuria, ubi non eſ-
ſet propter formam alicuius Sta-
tuti pena apposita de dub. fac-
tanem sanguinum, vel quocumque
modo alio pene duplicentur in
iis casibus videlicet si predicta
maleficia delicta iniurie vel
quasi essent cum sanguine. Et
si committerentur de nocte sive
palatio aliquo Potestatis Capita-
nei, seu Priorum Populi, si in
presentia Potestatis, Capitanei
Priorum Populi, seu Sindicis di-
cte Civitatis, et tempore quo esset
exercitus, et tempore, quo gentes
tangunt ad immaginem in Ecclesia
Beati Feliciano, et aliis Eccle-
siis Episcopatus, et quibuslibet Ec-
clesiis tempore, et quando in ipsis
Ecclesiis divina celebrantur

officia, seu tempore, quo Domini es-
sent congregati ad funus, seu ad
Nuptias. Item quod omnia male-
ficia, delicta, et excessus commis-
sa in dicta Civitate Regij in die, et
quae committerentur videlicet in
vigilia Festi Beati Feliciani,
et in sero ipsius Vigiliae, ubi non
in die Festi, et die proxime sequen-
ti ipso Festo dicti Beati Feliciani
et poenae ipsorum maleficiorum
excessuum, et delictorum triplicen-
tur, et triplicari debeant ipsae poenae
in maleficijs excessibus, et delictis
quae, et quos commiserint in diebus
et sero proxime scriptis. Et si ali-
quis Forensis aliquod commiserit
maleficium excessum, vel delic-
tum poenae sibi tali Forensi qua-
druplicentur.

Item

De Consilio congregando ad requisitionem Priorum et Confalonerij   Rica 94

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus Ciuitatis Fulginei, et ipsorum quilibet prius et quandoque, et quotiens fuerint requisiti teneantur, et debeant ad requisitionem Dominorum Priorum, et Confalonerij Populi Ciuitatis eiusdem bandiri, et congregari facere Consilium Communis, et Populi, ac certorum Artium Ciuitatis predicte, et quodlibet aliud Consilium, et Congregationem, prout de ipsorum Dominorum Priorum, et Confalonerij uoluntate processerit. Et in predictis Consilium ponere, et reformare, et apponi, et reformari facere super quibuslibet negocijs, que procederint, ac fieri petrentur per Dominos Priores, et Confalonerios supradictos pro custodia, fortificatione, augumento, pacis,

de statu tranquillo Civitatis prę=
dictę, et id quod in ipsis Consilijs, aut
aliquo eorum stabilitum, et refor=
matum fuerit ipsi Potestas, et Capi=
taneus, et eorum quilibet prout
fuerint requisiti, vel secundum
requisitionem teneantur, et debe=
ant executioni mandari vinculo
Iuramenti, et pena 100. librarum
denariorum, ita tamen, quod su=
pradicta semper fiant, et fieri
debeant de expresso mandato con=
sensu, et voluntate Confalone=
rij supradicti. Et si aliter fierent
non valeat ipso iure.

Dolum

De licentia non danda alicui Confinato

R.ca 95

Item dicimus, et ordinamus, quod
nec Potestas, nec Capitaneus nec
alius Officialis Civitatis Fulgi=
nei possit, nec debeat dari, seu
concedere licentiam alicui confi=
nato, vel confinando occasione
conventiculi seditionis turbati=
onis praesentis status dictae Civi=
tatis de redeundo ad ipsam Civi=
tatem, vel districtum ipsius ni=
si hoc processerit de voluntate
expressa licentia, ac consensu Dno=
rum Populi, et Confaloneriis Ius-
titiae Civitatis Fulginei, et nisi
talis persona confinata, vel con
finanda dederit idoneos fideius-
sores, qui sint de dicta Civitate
Fulginei, et principaliter secum
effectivè obligent de parendo omni=
bus, et singulis mandatis ipsorum
Potestatis, et Capitanei, vel alte=
rius ipsorum decem librarum

denariorum Perusinorum, et pluri
prout eis videbitur in singulis capi=
tulis mandatoru. Et nisi primo de=
liberatum, et reformatum fuerit
in Consilio Populi, et Rectorum
Artium dictae Civitatis cum expres=
so consensu Prionum, et Confalone=
rij iustitiae praedictorum. Et nisi
primo depositum fuerit in pecu=
nia apud Cameram dicti Commu=
nis pro ipso Communi recipienti
de duobus millibus florenis aurij
Et nullus Advocatus pro aliquo ex=
bandito confinato, vel confinando
occasione alicuius conventiculae
perditionis, seu turbationis Status
praesentis pacifici dictae Civitatis
Fulginei audeat, vel praesumat,
advocare, seu procurare coram
aliquo Officiali in aliqua Curia
vel eis, aut alicui donum dare
vel praestare publice, vel occulte
au=

204v

auxilium, consilium, vel favorem
vel aliquas literas mittere, seu ab
eo recipere, et contra formam præ-
dictam aringare, seu dicere in
consilium, vel Aringa. Et quicon-
trafecerit in 500. Libris denariorum
Communi Fulginei condemnetur.
Et de prædictis Potestas, et Capita-
neus ad petitionem cuiuscumque
petentis teneantur, et debeant in-
quisitionem facere, et stetur proba-
tioni decem Testium de publica
fama, quæ pro vera, et legiti-
ma probatione habeatur. Et si
quis Exbanditus confinatus, vel
confinandus ex causis supradictis
redierit ad Civitatem prædictam
seu eius districtum sine licen-
tia sibi data, et concessa se-
cundum formam superius expres-
sam capite puniatur. Et Bona
sua omnia Communi Fulginei

capitis

applicentur, et publicentur; et
quilibet possit ipsum offendere in
personam, et rebus sine poena, et ban-
no.

Item

De Portannarijs tenentibus claues Portarum Ciuitatis Fulginei Rica 96

Item dicimus, et ordinamus, quod clauesarij, seu tenentes claues portarum Ciuitatis Fulginei non possint, nec debeant Portas ipsas aperire, seu aperiri facere post quam clausæ fuerint de sero usque ad Campanam dictæ mandato Potestatis vel Capitanei, seu alterius Officialis Ciuitatis prædictæ sine præsentia Confalonerij Justitiæ, et Priorum Populi dictæ Ciuitatis, vel alicuius ex eis, nec ipsas claues dare ipsis Potestati, vel alicui alij Officiali sine licentia Confalonerij et Priorum, seu alterius ipsorum. Et si quis contrafecerit in 500 libris denariorum vice qualibet Communi Fulginei condemnetur. Et Potestas Capitaneus, et alius Officialis, qui mandauerit, seu fecerit Portas ipsas aperiri in 100 libris denariorum dicto Communi dt.

206 r

beat condemnari. Item ordinamus,
et dicimus statuentes, quod in spor=
tello Portis Societatis Albaris siti
iuxta Ecclesiam Sancti Augusti=
ni, et domum Vangiolis Magistri
Thomæ fiat, et fieri debeant duo
serramina ferrea, unum quorum
claudetur, seretur, et aperiatur
ad petitionem, et voluntatem
hominum dictæ Societatis habi=
tantium, et morantium de foris dic=
tam Portam. Et quod claves dicti
serraminis claudendi, et aperiendi
ad petitionem hominum prædicto=
rum detur in custodiam uni bo=
no, et sufficienti homini de dicta
Societate eligendo ad hoc per Pri=
ores, et Confalonerium Populi dic=
tæ Civitatis. Et ille, qui eligetur
ad conservandum, et tenendum
dictam clavem per Priores, et Con=
falonerium supradictos habeat
et

et habere debeat illam immunita-
tem quam habent alij clavarij
tenentes claves alias aliquarum por-
tarum dictae Civitatis, qui vicelli-
cet, et dictam clavem tenens non
possit, nec debeat ipsum seramen
serare, seu claudere usque ad ul-
timum sonum Campanae magnae
seu grossae Communis dictae Civi-
tatis, et nisi quando placuerit dd.
Prioribus, et Confalonerijs supradi-
ctis.

Dè hijs qui fecerint rumorem contra presentem bonum Sta=tutum Fulginei — R.ca 93=

Item dicimus, et ordinamus, quod qui=
cumque clamando, vel rumorem fa=
ciendo, vel verba quecumque dicen=
do, vel qualitercumque voluerit mu=
tare, vel turbare presentem bonum
Statum Civitatis, vel fieri fac=
ere in favorem illorum, qui desid=
erant presentem bonum Statum
mutari clamando, vel gridando,
vel scarmando, vel sumendo puni=
atur in 25. libris denariorum Le=
nesinorum si tantum, vel plus
bona sua valuerint si verò minus
in 100. libris denariorum punia=
tur, et in utroque casu debeat
stare extrà Statum Civitatis Ful=
ginei, et eius districtum ubi Potes=
tati videbitur, et placuerit per an=
num. Supradicta autem, vel ali=
quid predictorum presumentur fe=
cisse, et dixisse auctoritate pre=
sentis Capituli, seu Statuti si proba=
tur.

207 v

tum fuerit contra illos, eam dixisse
vel fecisse, per quinque testes de
publica fama, et sic intelligatur, et
presumatur plene forò, et esse pro-
batum. Item si quis rumorem fe-
cerit, et contra contenta in hoc ca-
pitulo, vel aliquid ex his venire
presumpserit, et condemnationem
de eo factam infra tertiam diem
à die facti, seu lati condemna-
tionis solvere non poterit ad ex-
puntationem linguae contra eos
seu contra eum penitus procedatur;
Et si predictus Potestas in
predictis negligens fuerit per sin-
dicum dicti Communis in 500 li-
bris denariorum ipsi Communi de-
beat condemnari. It.

probatio predic-
tore quomodo
fiat

pena linguae
venit in sub-
sidium

De hijs qui non servaverint Confinia

Rubrica 98

Item dicimus, et ordinamus, quod si
quis per Potestatem, Capitaneum,
vel eorum Officiales fuerit missus,
seu positus ad confines, vel poneretur
in futurum occasione rebellionis,
vel conventiculae perditionis, vel
turbationis praesentis Status Civita-
tis Fulginei, et ipsos confines fre-
gerit, vel non servaverit, vel ad ipsa
confinia non steterit secundum
quod fuerit sibi iniunctum, vel
mandatum in mille libris denario-
rum Communi Fulginei condem-
netur. Et si aliquo tempore venerit
in fortiam dicti Communis, et dictum
Bannum infra decem dies Camera-
rio ipsius Communis pro ipso Commu-
ni accipienti non solverit cum effec-
tu quod sibi caput a spatulis publi-
ce amputetur. Et de his stetur proba-
tioni decem testium de publica
fama, qui pro vera, et legittima
pro-

Quod Cammerarius Communis Bulgi=
nei requirat de officialibus famili=
aribus, et equis Potestatis et Ca=
pitanei

R.ca 99

probationem habeatur. Et Potestas, et Capitaneus, et quilibet ipsorum in solidum vinculo Juramenti, et pena 1000. librarum denariorum teneantur, et debeant de predictis inquisitionem facere contra delinquentes infra 10. dies à principio ipsorum regiminis, et quos invenerint culpabiles, punire, et condemnare in penis et Bannis superius declaratis.

Quod Cammerarius Communis Fulginei requirat de Officialibus familiaribus, et Equis Potestatis, et Capitanei Rca 99

Item dicimus, et ordinamus, quod
Camerarius Communis Fulginei, et
eius Notarius teneantur, et debeant
quolibet mense semel scribere, et
diligenter inquirere, et inquisitionem
facere de omnibus, et singulis Offi=
cialibus, Familiaribus, et equis Po=
testatis, et Capitanei, qui sunt, et
erunt in dicta Civitate Fulginei,
et totiens pluries ipsos Officiales
Familiares, et equos supradictos
scribere, et de ipsis inquisitionem
facere quotiens eidem Camerario,
et dominis Prioribus Populi, aut
alteri eorum placuerit, et videbi=
tur expedire, ac etiam teneantur
inquirere, et scribere, et registrum
facere de omnibus Bonis terris
Vineis Siluis et Pratis exbandito=
rum, et rebellium dicte Civita=
tis, et ipsum registrum pro Com=
muni conservare, et facere, et procu=
rare

rari taliter, quod ipsa Bona, et
Possessiones prò dicto Communi possi-
dint fructari, et fructus, et prouen-
tus ipsorum Bonorum, et possesso-
rum apud eos perueniant prò dicto
Communi. Item quod dicti Camera-
rius, et Notarius teneantur, et
debeant uinculo Iuramenti, et
pena 10. librarum denariorum
prò quolibet, quolibet mense se-
mel facere protestationem Domi-
nis Potestati, et Capitaneo, et alio-
rum Officialibus in Consilio gene-
rali dictæ Ciuitatis Felginei,
quod obseruent, et obseruare debent
omnia Statuta, et ordinamenta
Communis, et Populi dictæ Ciuita-
tis Felginei, Et si dicti Camerari-
us, et Notarius in prædictis, uel
aliquo prædictorum fuerint negli-
gentes, et prædicta omnia, et sin-
gula non fecerint in pena præ-

210r

dicta per Priores Populi Civitatis
prædictæ debeant condemnari. Et ipsa
pena ab eis per Priores Populi dictæ
Civitatis auferatur de facto prædic-
to Communi. Item quod Camera-
rius prædictus, et eius Notarius te-
neantur, et debeant iurare ad san-
cta Dei Evangelia corporaliter
manu tactis Scripturis, quod requi-
rent, et requisitionem facient qua-
libet mense in Consilio generali di-
ctæ Potestatem Capitaneum, et eorum offi-
ciales familiam, et equos. Et si
aliquis ipsorum fuerit absens, et
non habuerit Officiales familia-
res, et Equos, idem Camerarius te-
neatur, et debeat scribere, aut scribi
per eius Notarium facere in libro
dicti Communis absentes, et præter-
itis. Et si Potestas, et Capitaneus, vel
alter Officialis diceret, vel faceret
iniuriam aliquam Camerario vel

Nota

210v

Notario ipsius soluat quilibet ipsorum
de suo Salario 100. libras denariorum
de quibus stetur uerbo ipsius Came-
rarij, et eius Notarij, in quibus 100 li-
bris denariorum per subsequentem
Potestatem debeat condemnari. Et
quod Camerarius dicti Communis, et
eius Notarius semel in mense fa-
ciant requisitionem, et pluries quoti-
es eisdem Camerario, et Dominis Pri-
oribus, aut alteri eorum melius
uidebitur expedire de omnibus Offi-
cialibus, Familiaribus, et Equis Po-
testatis, et Capitanei dictæ Ciuita-
tis ad Palatium ipsorum Domino-
rum et quod post quam dicti Came-
rarius, et Notarius iuerint ad dicta
Palatia, quod non discedant nisi
primo fecerint requisitionem præ-
dictam. Et quod ipsam requisitio-
nem dictus Notarius scribere tene-
atur in quodam memoriali seu qua

terno Communis, qui sit continuè
in Camera Communis, et scribere per
se Familiares, Officiales, et Equos
absentes, seu quos non invenerit tem=
pore requisitionis prædictæ, et per
se illos, quos invenerit. Et quod
prædicti Potestas et Capitaneus te=
neantur, et debeant incontinenti
sine temporis intervallo, et more
dilatione eisdem Camerario, et suo
Notario postquam iverint assin=
giare oculata fide, et monstrare
Officiales, Familiares, et Equos ip=
sorum, quod si non fecerint habean=
tur, et præsumantur auctoritate præ=
sentis Capituli ipsos Officiales, Fa=
milias, et Equos non habere in dic=
to eorum officio, retinere. Et præ=
dicta Camerarius, et Notarius scribe=
re teneantur in dicto libro, seu me=
moriali recusationem, quam fecerint
dicti Potestas, et Capitaneus

do

211v

de aſsignando Familiaris, et quos prædictos, et ipsius Scripturæ stetur, et ipsa habeatur pro uera, et legittima probatione auctoritate præsentis Capituli, dummodo dicti Camerarius, et Notarius Sacramento teneantur et debeant non notificare, nec notificari facere eisdem Potestati, et Capitaneo, uel suis Officialibus aut Familiaribus, uel alicui ipsorum, quando ituri sunt ad uidendum aſsignationem prædictam.

212r

De forma habenda per Mactonarios Rubrica 100

Item dicimus, et ordinamus, quod Mac=
tonarij, et Orciaioli habeant, et ha=
bere debeant a Communi Fulginei
formam, ad quam ipsi Mactonarij,
et Orciaioli mattones, et lapides
facere teneantur ad quam formam
dictorum mactonum, et lapidum,
ac etiam Copponum fiendam, et
ordinandam infra 15. dies post
festum Beati Felitiani per do=
minos Priores Populi Civitatis
Fulginei, qui pro tempore fuerint
provideatur, et discrete eligantur,
et eligi debeant tres boni et legales,
et sufficientes homines videlicet
unus pro quolibet tertierio Civita=
tis eiusdem, qui sic electi, aut eli=
gendi sint, et esse debeant de or=
dine Prioratus Populi Civitatis
prefate, qui habeant auctoritate
presentis Capituli auctoritatem,
et Bayliam, ipsam formam ordi=
nare

di, et faciendi prout eis, et cuilibet eorum melius videbitur convenire eisdemque Maccionariis, et Petraiolis ipsam formam dandi, et assignandi, qui tres boni homines supradicti et quilibet ipsorum teneantur, et debeant omnia supradicta facere, et executioni mandare infra unum mensem postquam eis per Priores predictos fuerit iniunctum pena prestiti Iuramenti, et 100. solidorum denariorum pro quolibet ipsorum, in quibus per Capitaneum Populi dictæ Civitatis Communi Fulginei condemnetur. Et hæc fiant, et fieri debeant omnibus, et singulis expensis hominum dictæ Artis, videlicet, quod debeant dicti tres boni homines pro eorum salario habere de pecunia hominum dictæ Artis 10. solidos denariorum pro quolibet ipsorum. Ine=

213 e

antur etiam, et debeant habere su=
praedicti Mattonarij, et Letraioli ha=
bere Mizinghum iustum adiusta=
tum cum Mizinglo Communis Ful=
ginei, et sigillatum sigillo Commu=
nis praedicto, et cum ipso semper omni=
bus habentibus calcem misurare, seu
misurari facere, et non cum alio
Mizinglo seu misura pena 100. soli=
dorum denariorum Perusinorum, in
quibus contrafaciens Communi Ful=
ginei per supradictum Capitaneum
condemnetur uice qualibet. Et qui=
libet possit contrafacientem accusa=
re, et habeat medietatem Banni,
et nomen accusatoris teneatur se=
cretum. Item quod quilibet Letraio=
lus, et Mattonarius faciat, et facere
debeat, et teneatur dictos mattones,
et lapides ad, et secundum dictam
formam eis per praedictos tres bonos
homines traditam, et assignatam

sub

213v

sub pena 10. Librarum denariorum
pensinorum pro quolibet contrafaci=
ente, et uice qualibet, et Potestas
et Capitaneus teneantur, et debe=
ant uinculo Iuramenti, et pena 50.
librarum denariorum de eorum
salario predicta omnia, et singula
facere obseruari, et de predictis in=
quisitionem facere quolibet men=
se, et contrafacientes punire in
dicta pena.

c142

De Sententijs executioni mandandis

Rca 101

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Sententia lata fuerit contra aliquem occasione rebellionis, perditionis, seu mutationis presentis boni Status Civitatis Fulginei per aliquem Officialem dictæ Civitatis, quod Potestas, et Capitaneus, et quilibet alius Officialis, qui ipsam Sententiam tulerit teneatur, et debeat sub pena 50. librarum denariorum, et privatione officij ipsorum ipsam Sententiam executioni demandare infra quinque dies post prolationem ipsius Sententie, qui dies intelligantur continui. Item omnes Sententias latas, et promulgatas contra Rebelles, et Proditores Civitatis Fulginei per quoscumque Officiales Civitatis eiusdem teneatur Potestas, et Capitaneus, et quilibet ipsorum executioni mandare infra unum mensem post festum Beati

Fe-

214v

Flitiani sub pena 500. librarum
denariorum, et prestiti iuramenti,
et quod omnes Sententie, et Proces-
sus facte, et promulgate contra
Rebelles, et Proditores dicte Ciuita-
tis occasione infamie, proditionis,
et conuenticule, et mutationis pre-
sentis status Ciuitatis predicte sint
rati, et rate, firmi, et firme, et ple-
nam obtineant roboris firmitatem
et Potestas, et Capitaneus, et quili-
bet alius Officialis Ciuitatis iam
dicte non possint, nec debeant pone-
re, seu poni facere in Consilio, vel
Arengua, quod aliqua Sententia,
vel Processus facta, et factus per
aliquem Officialem contra aliquem
Rebellum, seu Proditorem dicte
Ciuitatis tollatur, corrigatur, vel
suspendatur, nec aliquis detentus
occasionibus supradictis, vel ipso-
rum aliqua relapsetur, vel libe-

ritur, aut eius conditio vel materia
mutetur, vel alleuietur sub pena mil-
le quingentarum librarum denariorum
Perusinorum, et privatione ipsorum,
et cuiuslibet eorum Officij, ac pena
prestiti Iuramenti. Et nullus contra
predicta, vel aliquod predictorum
publicè, vel occultè det, vel prestet
auxilium consilium, vel fauorem.
Et contrafaciens Communi Fulginei
in mille librarum denariorum con-
demnetur. Et si dictam penam sol-
uere non poterit caput sibi à spa-
tulis publicè amputetur, ita quod
moriatur omnino, et hoc Capitulum
sit precisum in qualibet parte sui,
cui nullum aliud Capitulum ante
vel retro positum in Statuto Popu-
li vel Communis in aliquo contra-
dicat, nec possit dictum Capitulum
in totum, vel in partem corrigi,
vel suspendi per aliquid Consilium,
vel

vel Aringham, vel alio modo de suſpentione, vel correctione huiuſ Capituli Poteſtaſ, vel Capitaneuſ, nec aliquiſ Officialiſ proponere audeat ſub poena ſuperiuſ nominata.

[illegible]

De suprestitibus detentorum Rubrica 102

Item dicimus, et ordinamus, quod suprestites, qui fuerint super custodia facienda de aliquo detento occasione rebellionis, conventicule, vel mutationis status presentis Civitatis Fulginei, non permittant, quod aliquis vadat ad ipsum detentum, seu ad carcerem ipsius detenti, nec ad loquendum cum ipso detento, et si quis contrafecerit in 25. libris denariorum vice qualibet Communi Fulginei condemnetur.

Item

216v

De inuentis in taberna post tertium sonum Campane.

Rca 103

Item dicimus, et ordinamus, quod quicumque in Ciuitate Fulginei inuentus fuerit in aliqua Taberna post tertium sonum Campane que pulsatur de sero per aliquos Officiales Ciuitatis Fulginei in quadraginta solidos denariorum Communi Fulginei condemnetur, et Tabernarius condemnetur similiter in tantundem exceptis forensibus, qui hospitati fuerint in Ciuitate Fulginei, qui inuenirentur in hospitijs in quibus essent hospitati, qui ad penam aliquam minime teneantur. Et quod ille cuius fuerit domus, in qua esset dicta Taberna, ac sui familiares si inuenirentur in dicta Taberna post tertium sonum Campane non teneantur ad penam.

vid. in Stat. Coys lib. 2°. rub. 33. et 79.

in Stat. Coys lib. 2°. rub. 33. et 79. est pena 100. solidorum

De sententijs non ferendis in bonis proditorum, et Rebellium Communis Fulginei Rica 104

Item dicimus, et ordinamus, pro ad re-
frenandam iniquam audaciam illo-
rum, qui appetunt, et conantur Bona
et iura Communis Fulginei devo-
rare, quod Potestas Capitaneus eo-
rumque Iudices, et Officiales, nec
aliquis ipsorum possint, nec debeant
aliquam Sententiam, seu interlo-
cutoriam proferre, seu dare adpe-
titionem alicuius Personae in Bo-
nis Exbanditorum, Rebellium, ac
Proditorum dicti Communis nisi
primo petitio quae data esset vel
daretur in futurum legatur in Con-
silio Populi, et Rectorum Artium
Civitatis Fulginei, et ipsa petitio-
ne lecta debeat ire, et mitti ad
Bussulas, et Palluctas, et si per du-
as Partes Consiliariorum dicti Con-
silij obtentum fuit, quod Sententia
sit ferenda in Bonis praedictis ipsa
Sententia postmodum dari, et ferri

pos-

possit secundum Iura coram dictis
Rectoribus, seu eorum Officialibus
introducta, et si aliter fieret, et sen-
tentia ipsa daretur non valeat ip-
so Iure auctoritate presentis Capi-
tuli. Et Capitaneus Populi supradic-
ti totum Processum factum super
dictis Bonis, vel personam aliquo
pronuntiare debeat cassum, et vanum
et nullius valoris, et nihilominus ta-
li agenti, sive petenti imponere
silentium, ut ad pœnam mille li-
brarum denariorum amplius Commu-
ne Fulginei, seu Sindicum ipsius
Communis, vel aliquem detento-
rem de Bonis predictis debeat mo-
lestari, et hoc Capitulum sit pre-
cisum, cui nullum aliud Capitu-
lum ante, vel retró positum con-
tradicat.

218R

Quod Bona Rebellium, et proditorum Communi Confiscentur — Rica 105

Item dicimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli rebelles, proditores, ac etiam exbanditi Civitatis Fulginei occasione proditionis conventiculi, aut mutationis status praesentis Civitatis praedictae sint, et habeantur pro exbanditis dicti Communis Fulginei. Et quod omnia ipsorum, et cuiusque ipsorum proditorum, et rebellium Bona sint et esse debeant auctoritate praesentis Capituli dicto Communi Fulginei confiscata, et totaliter publicata, et quod pro publicatis, et confiscatis dicto Communi perpetuo habeantur.

Item

218v

Quod Homines Artis salanariorum non cogantur habere marcum ad pontum

Rca 106

Item dicimus, et ordinamus, quod homines Artis salcnarionum ad pondus, marchi non emunt, sive vendunt silicet sagimen, carnes, cascio, assongiam, et res alias minutas, et minutatim, quod homines dicte Artis non cogantur, nec teneantur habere Marcum ad punctum, et de maiori marco non teneantur ad bannum de minori etiam sic dummodo cum dicto marco maiori non possint aliquid emere ad pondus pena 100. solidorum denariorum pro quolibet, et vice qualibet quæ contrafecerit in quibus per Capitaneum Populi Communis Fulginei contrafaciens puniatur.

De debitis satisfactis non petendo

Rca 103

uid. in Stat. Cois lib. po rub. 79. et rub. 100 et infra rub. 204.

Item dicimus, et ordinamus, quod si debitor alicuius, uel ille a quo aliquid peteretur ostenderet Instrumentum quietationis debiti petiti, uel Instrumentum debiti excedentis tempus decem annorum, uel Instrum debiti cancellatum, seu incisum, quod non teneatur ad depositum faciendum, et petens debitum solutum sibi uel alteri pro eo quocumque condemnetur in 25. libris denariorum Ianuinorum Communi predicto.

prescriptio decem annorum

Item quod Potestas teneatur dare Familiam suam ad petitionem Creditoris ad capiendum debitorem sine aliquo salario.

quod pro executione detur Familia sine pretio

Item

De manutenenda trasanna Communis

Rica 108

Item dicimus, et ordinamus, quod Capitaneus Populi Civitatis Fulginei teneatur, et debeat trasannam Communis Fulginei, quæ est à latere scalarum Palatij Populi dictæ Civitatis versus Plateam veterem manutenere purgatam et exgomoratam, et bene cohopertam, et actatam pena præstiti iuramenti et 500. Librarum denariorum, in quibus si contra fecerit per Sindicum dicti Communis ipsi Communi debeat condemnari.

Item, quod sotus dictam trasannam panifaculæ, et panem vendentes teneantur, et debeant stare ad vendendum panem pena 100. solidorum denariorum, et pro mora, quam facient dictæ Panifatulæ sottus trasannam prædictam teneantur, et debeant solvere prædicto Communi anno quolibet 20. solidos denariorum Penesinorum pro qualibet

ipsarum. Item, quod omnes Pisciaioli, et Pisces vendentes, et ipsos Pisces vendere volentes morentur, et stent ad vendendum Pisces ipsos super lapidibus, seu petronibus qui extant in medio dictae Platae, et non alibi poena 10. solidorum denariorum, in quibus contrafacientes per supradictum Capitaneum Communi praedicto debeat condemnari salvo, quod quando pluerit ad poenam ipsam minime teneantur.

Item

220v

De satisfaciendo indebite grauatis

Rca 109

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus, et Priores Populi Ciuitatis Fulginei, et quilibet ipsorum per se teneantur uinculo iuramenti ad petitionem cuiuscumque petentis facere satisfieri de bonis, et rebus, que fuerunt olim Rebellium dictæ Ciuitatis Fulginei illis Personis, que manifeste, et notorie fuerunt condemnatæ, et grauatæ inique, et contra ueritatem, et iustitiam tempore, quo iniquus Corradus Anestasij, et sui sequaces dominabantur in ipsam Ciuitate, que Persone huiusmodi condemnatæ, et grauatæ uidebuntur declarentur, et nominentur per Consilium Priorum Populi Ciuitatis prædictæ, quibus sic declaratis Consilium ipsum discrete prouideat, et damnum extimen, seu extimare faciant dictæ

talis Personae indebite gravatae, et
condemnatae, et demum dari facere
ipsi tali Personae in solutum de Bo-
nis praedictis ipsi tali Personae prout
damnificata esset, et dicto Consilio
videbitur convenire. Et nihilominus
fiat Sindicus per dictum Commune
ad promittendum defensionem eius,
quod dabitur ex causa supradicta
dictae tali Personae indebite grava-
tae, et condemnatae. Et quod si conti-
gerit dictam talem Personam vel-
le vendere de Bonis praedictis sibi
datis modo, quo supra, quod dictus
Sindicus una cum dicta tali Perso-
na obligent se ad defensionem dic-
tae rei in solutum datae. Item quod
si quis moverit litem alicui de Ci-
vitate Fulginei, cui datum esset
de Bonis praedictis, quod talis mo-
vens litem ipsam teneatur dare
fideiussorem in principio litis mo-

uendo de soluendo, et restituen=
do illi Personę contra quam cau
sa ipsa moueretur duplum eius
quod petierit, si contingeret succum
bere in ipsa causa. Item quod si
alicui prędictorum, cui satisfieri
debuit non fuit integrè satisfac=
tum, quod Potestas, et Capitaneus
et qui libet ipsorum teneatur vin
culo Iuramenti infra 15. dies post
quam petitum fuerit coram eis,
aut ipsorum altero eidem facere
satisfieri integrè cum effectu. Et
si idem talis, cui integrè satisfac=
tum non esset haberet aliquam
rem, siue possideret de Bonis
dictorum Rebellium, quod liberè
retinere possidere, et fructare pos=
sit sine aliquo pretio, donec ei=
dem de prędictis fuerit satisfac=
tum, et de dicta Possessione Potes=
tas, nec Capitaneus supradicti, nec

aliquis alius Officialis extraherb
debeat usque ad integram satisfac=
tionem predictam ad penam 100.
librarum denariorum pro quoli=
bet ipsorum, qui contrafecerit Com=
muni Selginei applicandorum.

Item

222v

Quod Notarius, qui erit sup(er) teneatur facere aptari conductum acque blanche

Rica 110

Item dicimus, et ordinamus, quod
Notarius, qui erit super Officio Vi=
arum vinculo Iuramenti, et perdi=
tionis Salarij eiusdem sui Officij
teneatur, et debeat conductum Aque
blanche facere reaptari in quali=
bet parte sui adeo, quod nulla
alia Aqua intrare valeat labe=
re, seu discurrere in dictum Con=
ductum. Et quod dicta Aqua per
ipsum Conductum bene, et com=
mode, ac sine impedimento flue=
re valeat, et venire ad Fontes Civi=
tatis Fulginei, et ipsum opus fi=
at omnibus, et singulis expensis Com=
munis predicti. Item, quod Nota=
rius supradictus teneatur, et debe=
at vinculo Iuramenti omni men=
se durante suo Officio accedere ad
videndum, et discutiendum dictum
Conductum à Venis unde dictum
Conductum emanat, oritur, et in=

cipitur prout praetenditur, et venit,
seu labitur usque ad Civitatem
Fulginei, et discutere, et videre si
praedictum Conductum in aliqua
parte sui esset devastatum. Et si
ipsum Conductum invenirent, seu
esset in aliquo devastatum, vel
cursum Aquae per ipsum laben-
tis aliqualiter impeditum facere
reactari, et reparationibus, et sin-
gulis expensis adiacentium ipsi
Conducto ad poenam superius de-
claratam. Et quod Priores Popu-
li dictae Civitatis, qui pro tempo-
re fuerint teneantur, et debeant
poena praestiti iuramenti, in quam
ipso facto incurrant accedere per-
sonaliter ad videndum, et discuti-
endum dictum Conductum à Ve-
nis, et loco unde exit, et incipitur,
usque ad dictam Civitatem Ful-
ginei omni mense eorum Officij

per-

perdurante. Et si invenerint ipsum
Conductum, aut iter ipsius in ali=
quo devastatum, seu cursum Aquæ
ipsius quomodolibet impeditum
facere relaxari, et in pristinum
bonum statum reduci ad petiti=
onem cuiuscumque petentis, et
si quos invenerint ipsum Conduc=
tum devastasse, eisdem facere
relaxari, et eosdem puniri face=
re per Capitaneum, seu Potesta=
tem, prout eis melius videbitur
convenire in pœnis contentis in
statuto Populi loquente de dic=
to Conducto. Item dicimus, et ordi=
namus, quod si expediret in ali=
quo loco evidenti necessario mit=
tere, seu ducere aliquam Aquam
supra ipsum Conductum causa
ducendi, seu adacquandi aliquam
Possessionem alicuius, quod Domi=
ni Populi dictæ Civitatis tene=

antur, et debeant ad petitionem cuiuscumque petentis personaliter accedere ad ipsam Possessionem, seu locum, unde petitur ipsam acquam uelle ducere, seu mittere, et eam uidere. Et si uiderint ipsam Acquam non posse habere alium cursum iter, seu exitum commodi, quod ipsi permittant ipsam acquam im=mitti, et posse duci supra ipsum Conductum. Saluo semper, et reser=uato, quod ex dicta immissione seu ductione dictae Acquae itine=ris, seu transitu ipsius, ipsum Conductum, uel acqua intus la=bens, et discurrens per eum possit nullatenus impediri, nec ipsa ac=qua turbl. fieri, et quod aptatio, et reparatio dicti exitus ductio=nis, et immissionis ipsius acquae, et omnia alia occurrentia circa illud fiat, et fieri debeat omni=

bus

bus expensis dicti talis pertinentis modo, et forma superius declaratis, tamen semper predicta omnia remaneant in providentia dictorum Dominorum Prioris Populi supradicti, qui pro tempore fuerint.

125

Quod Priores, et Confalonerius sedare possint, àc deponere discordias, que orirentur intèr Potestatem, et Capitaneum. Rica 111

Item quod si qua discordia orire=
tur, quod Deus avertat inter Potes=
tatem, Capitaneum, seu Officiales
quoscumque alios Communis Ful=
ginei posset ipsi Communi preiu=
dicium non modicum generare
Idcirò ad omnem dissensionem, et
scandali materiam evitandam
ordinamus, et dicimus, quod si ali=
qua discordia inter Potestatem,
et Capitaneum, seu Officiales, aut
Familiares ipsorum modo aliquo
evenirent, quod Priores, et Confalo=
nerius Populi Civitatis Fulginei
possint, et debeant ipsas discordias
sicuti eis videbitur prò statu Civi=
tatis predicte sedare, diffinire, po=
nere, et terminare. Et dicti Potes=
tas, et Capitaneus, et eorum Offi=
ciales, et Familiares teneantur, et
debeant voluntati ipsorum Prio=
rum, et Confalonerij Justitie obe=
di=

dire, et totaliter consentire in omnibus, et per omnia, quod eisdem Prioribus, et Confalonerio videbitur, et placuerit convenire, ac faciendum. Et si dicti Potestas, Capitaneus Officiales, et Familiares ipsorum non obedierint, et totaliter non asentient voluntati, et in omnibus aliis quae circa praedicta per Priores, et Confalonerium supradictos mandarentur eisdem, et fieri vellent in 500 libris denariorum pro quolibet, et vice qualibet Communi Fulginei condemnari debeant per Sindicum Communis praedicti.

De hijs qui noluerint, seù non potuerint in Curia Communis Fulginei Civiliter, et Criminalitèr conveniri

Rubrica IIII

vid. Stat. Civis lib. 2. rub. 13. et infra rub. 152. et rub. 153. 154. vers. et si quis et rub. 220. et rub. 221. versus, et si quis nollet

De offensa facta in personam non subditi vel qui nollet seu non posset Fulginei conveniri in eius Curia

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis, qui non esset nostre Iurisditionis, vel non posset, seu nollet in Curia Communis Fulginei civiliter, et criminaliter conveniri offenderit aliquem nostrum Civem, vel Comitatensem, quod Consanguineus offensi, et ipse offensus et eius Familiaris possint offendere talem offendentem, et si ipsum interfecerint in 100. solidos denariorum dicto Communi debeant condemnari. Et si percusserit cum sanguinis effusione in 20. solidos denariorum Communi Fulginei condemnetur, et ad aliam penam tam in Statuto Populi, quam Communis Fulginei contentam nullatinus teneatur, nec possit condemnari nisi tantum in penis predictis ut dictum est. Et si talem offendentem, qui non esset nostre Iuris-di

Et quilibet alius, ut infra versus item quod quicumque Civis

nota tamen quod pro omicidio est pena 100. solidorum et pro qualibet alia offensa 20. solidorum sed dic item quod non possit occidi ut infra rub. 157. versus et quod dicimus talis sed vid. quod ibi dico post solut. d.o Com.is

et dicitur nolle conveniri si infra termino Banni non comparuit in criminalibus ut in d. Stat. Civis lib. 2.o rub. 13. versus primo

ditionis, seu non posset, vel nollet in
Curia dicti Communis Fulginei Ciui=
liter, et criminaliter conuenire aliquis
receptauerit associauerit, vel dede=
rit eidem auxilium, consilium, vel
fauorem, subiaceat penae contentae
in Statuto, seu capitulo Statuti
dictae Ciuitatis loquentium de omi=
cidiarijs dummodo noluerit, seu non
potuerit se constringere in Curia
Communis Fulginei, et coram
Potestate Capitaneo, et eorum
Officialibus, ut superius dictum
est. Et si aliquis noster Ciuis, vel
Comitatensis occasione alicuius
offensae factae tali offendenti ci=
tatus, vel requisitus esset extra
Iurisdictionem Communis Fulgi=
nei per Commune Fulginei defen=
datur, ut melius visum fuerit Po=
testati, et Capitaneo, ac Prioribus
Populi Ciuitatis Fulginei. Item

pena receptan=
tis virum eum
qui non posset
seu nollet in
curia Com. Ful.
conueniri
offendentem
Ciuem vel
comitatensem
vel sociantis
vel dantis
auxilium, vel
fauorem

quod Comune defen=
dat Ciuem vel
Comitatinum suum
qui illum virum
offendisset, qui
nollet, seu non
posset in curia
Com. Fulginei
conueniri

Quod si aliquis forensis interficeret vel interfecerit aliquam personam de Civitate, vel districtu Fulginei, in continenti probato maleficio eidem occidenti debeat caput publice amputari, et detruncari omnino.

forensi omicidium committenti in Civitate vel comitatu sibi caput amputatur vid. Stat. com. lib.° cap. 35.

Item quod si offendens dictam talem personam, quae nollet, seu non posset in Curia Communis Fulginei conveniri, ut supra describitur ad aliam Curiam citatus fuerit ob dictam offensam, et condemnatio inde secuta fuerit contra dictum offendentem Potestas, et Capitaneus teneantur, et debeant vinculo iuramenti, et perditione eorum salarij ad quod per Priores Populi debeant condemnari talem offendentem, seu offendentes, tam de ipsis condemnationibus factis, quam etiam de expensis conservare, et conservari facere indemnes infra quindecim dies

quod si talis offendens qui nollet vel non posset in curiam nostram conveniri in aliqua Curia fuerit condemnatus, quod de facto conservetur indemnis

dictis post quam quod condemnatus fuerit expensas vero tali offendenti faciat exhiberi. Et Priores Populi, qui pro tempore fuerint talis expensas acceptari debeant vinculo Iuramenti. Et hoc Capitulum sit precisum in qualibet parte sui, cui nullum aliud Capitulum ante, vel retro positum contradicat, et si contradicerent hoc presens capitulum illi deroget.

Item, quod quicumque illum qui nollet seu non posset in Curia Communis Belginei civiliter, et criminaliter convenire offendere in persona, et rebus nulli pene subiaceat nisi illis penis, seu pena supra contenta aliquo capitulo Communis, vel Populi non obstante.

Quomodo in quo differt iste statutis supra primo statuto dic quod hic porrigit ad omnibus offendi ibi ad offensos, et heredes consanguinitis, et familijs, Item ibi ille offensus debeat civis vel comitatinus, quod hic non est questione notatis

Item quod nullus Advocatus vel Procurator audeat, vel presumat dicere, vel allegare aliquid contra predicta, vel aliquid prejudicionem.

pena Advocati aliquid dicentis contra Statutum habet Capitulum

128 r

Et si quis contrafecerit in 200. libris
denariorum Communi Fulginei de=
beat condemnari per Potestatem
Civitatis predictis. Item quod nul=
lus de Civitate Fulginei vel eius
districtu audeat, vel presumat asso=
ciare aliquem, quod non posset, seu
nollet in dicta Curia Civiliter, et
criminaliter conveniri ad insultum
aliquem faciendum contra ali=
quem, nec cum eo, vel manda=
to ipsius intrare in possessionem
alicuius rei sine expressa licen=
tia illius, cuius fuerit possessio, Pena associan=
nec eidem dare auxilium, consili= tis aliquem qui
um, vel favorem in predictis, vel nollet vel non
aliquo predictorum sub pena 50. posset conveni=
librarum denariorum pro qualibet ri ad insultan=
et vice qualibet, in quibus contra= dum aliquem vel
faciens per Potestatem, et Capi= possessionem ali=
taneum Communi Fulginei con= cuius intrandum
demnetur. Item si Potestas Capita=
neus

nus, uel eorum Officialis aliquem qui offenderit aliquem, qui non posset, seu nollet in Curia Communis Fulginei civiliter, et criminaliter conuenire, condemnarent uel grauarent in aliquo in 500 libris denariorum Communi Fulginei deposito eorum Officio per Sindicatum dicti Communis ipsi Communi debeant penitus condemnari, et teneatur illum, quem condemnauerit, uel grauauerit, seu condemnari, uel grauari fecerit conseruare indemnem de damnis et expensis, et damnis omnibus in quibus per Sindicatum supradictum, seu raciocinatorem dicti Communis debeat condemnari, et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui, cui nullum aliud capitulum ante, uel retro positum contradicat, nec possit in aliquo

Pena Potestatis Capitanei et eorum Officialium condemnantium illum, qui offenderit personam qui non posset uel nollet in Curia Fulginei conueniri

derogari. Item ordinamus, et decimus statuentes, quod si aliqua persona de Civitate Fulginei, vel eius districtu fecerit aliquam aliam personam cuiuscumque conditionis existat vocari, vel citari occasione alicuius processus facti, vel fiendi, seu questionis inter easdem personas moti, vel movendi, et tam civiliter, quam criminaliter alibi quam in Curijs Communis Fulginei, seu Episcopatus eiusdem, videlicet in dicta Curia Episcopatus predicti pro aliqua Ecclesia , vel spirituali causa, seu occasione cuiusdam questionis predicte, quod dictus talis, qui dictam talem personam vocari, aut citari fecerit ut dictum est puniatur in penis superius declaratis, et ad processum executivum contra dictum

Pena Fulginatis facientis aliquem citari extra Curias Civitatis Fulginei

talem

talem vocatum, aut citatum ali
bi, quam in Curijs supradictis, ille
talis vocatus, aut citatus mini
me teneatur, nec contra eum in
~~[illegible]~~ idem processus, et Sententia nisi
secutam valeat exequi ullo modo
authoritate praesentis Capituli.

De corruptijs mortuorum

Rca 113

Item dicimus, et ordinamus, quod in funere mortuorum, seu alicuius defuncti nullum corruptum fiat per aliquos, seu aliquas nisi tantum in domo defuncti, uel in qua defunctus morietur, et nulla mulier audeat accedere cum candelis ad ecclesiam ad quam corpus defuncti defertur, quando ipsum corpus ad ecclesiam infertur, uel portatur, et cuilibet liceat in domo, in qua corpus defuncti iacuerit corruptum facere prout sibi placuerit. Corruptum uero intelligatur hoc modo uidelicet, quod si quis sibi birretum caputium, uel cappellam extraxerit, uel delaniauerit sibi pannos, uel manus sibi dederit ad faciendum secundum sibi capellos extraxerit in 100. solidos denariorum communi Helginli uid

qua

230v

qualibet condemnetur, et ad hoc ut
in predicta seruentur Preconij siue
Banditores dicti Communis omni
occasione remota ire debeant ad
domos ipsorum defunctorum, et
ad Ecclesiam, in qua siue ad quam
Corpora ipsorum portarentur, et
ad funera ipsorum defunctoru(m)
ad penam 10. solidorum denario=
rum pro quolibet, et uice quali=
bet, et gridare debeant, et tene=
antur uoce preconia, ita quod
omnes persone masculi, et femi=
ne ibidem stantes audire ualle=
ant presens Capitulum, et conten=
ta in eo ipsaque debeant firmi=
ter obseruare ad penam 100. soli=
dorum denariorum, et Notarius
maleficiorum dicte Ciuitatis
qui pro tempore fuerit ad Eccle=
siam, ad quam ipsum Corpus de=
fertur teneatur, et debeat acce=

dere, et inquisitionem facere de p̄dictis. Et si Potestas vel Capitaneus fuerit negligens in faciendo, vel fieri faciendo predicta, et inquisitionem de predictis, et in condemnando illos, vel illas, quos, vel quas culpabiles invenerint quotiens contrafecerint, et negligentes fuerint in 100. libris deranonum per Sindicum ipsius Communis debeant condemnari, et quilibet possit ipsum Potestatem, aut Capitaneum denuntiare dicto Sindico in fine sui Regiminis, et habeat quartam partem Banni. Item quod nulla Persona debeat inquirere aliquem sive aliquam causa eundi ad aliquem mortuum, vel causa faciendi oblationes, sive officia de nocte ante sonum Campane quae pulsatur de mane ad primam. Item, quod nulla Mulier possit,

nec

rie debeat remanere in domo de
qua corpus mortuum, uel mortuu
emissum, seu extractum fuerit,
post quam ipsum corpus de domo
praedicta fuerit ad Ecclesiam di
portatum, nisi talis mulier atti
nuisset tali defuncto consan=
guinitate, uel affinitate usque
in tertium gradum, et qui con
trafecerit in 100. solidos denari=
orum communis Feltrinei con=
demnetur, et quilibet possit con
trafacientem accusare, et habe=
at medietatem Banni. Item,
quod nulla persona debeat
ire ad aliquam offertam extra
Civitatem Feltrinis ad poenam
100. solidorum denariorum, et
cuilibet liceat contrafacientem
accusare, et habeat medietatem
Banni. Item, quod nulla per=
sona debeat mittere panem ad

Domum, que olim fuisset alicuius defuncti pro offerta, vel ipsius causa sub dicta pena; Et quod unicuique liceat morari ad offi-
cium, dum Corpus defuncti erit in Ecclesia sine pena, et Ban-
no, dummodo non faciat corrut-
tum, et si Potestas in predictis fuerit negligens, perdat de suo salario 100. libras denariorum.
Item, quod nulla Persona indu-
at se de aliquo panno nigro oc-
casione tristitie, vel mortis ali-
cuius defuncti, nec debeat dela-
mare sibi manicas, seu pannos de dorso, nec delamatos portare pena 25. librarum denariorum in quibus contrafaciens Commu-
ni Frignanei condemnetur, dum-
modo hec non uendicent sibi lo-
cum nec se extendant ad Uxo-
rem talis defuncti. Item, quod

Uxor

Uxor, cuiuscumque defuncti non possit, nec debeat extra domum se induere, aut indui facere ali=quo panno viduali, nec se decin=gere, aut decingi facere, recin=gere, aut recingi facere aliquam centuram, nec etiam se expoli=are, aut expoliari facere aliquo panno, et qui contrafecerit in praedictis, vel aliquo praedictorum in 25. libris denariorum Perusi=norum Communi Fulginei con=demnetur, et haec intelligantur tempore mortis, et quo fierent do=lentia, siue corruptum viri dicti, vel dictae mulieris. Item, quod nullus, vel aliqua quacumque firmitate possit, nec debeat ad funus alicuius mortui ire, siue stare indutus aliquo sac=co, seu alio panno de cilitio, et uelatae facie, sed tantum ire

et stare possit indutus proprijs, et solitis Pannis, et continuis vestimentis; nec etiam tempore funeris alicuius mortui dicere, seu facere aliquod Officium, seu laudes, vel alias cantilenas, et qui contrafecerit in 100. Solidos denarionem Communi Fulginei condemnetur. Item quod nullus audeat commedere in Domo alicuius mortui, vel filionem, vel alicuius sui convicini, nisi esset Frater, vel Soror carnalis, Socri, et Socrus, et hoc à die qua talis mortuus sepultus fuerit usque ad 15. dies proximos, et quod nulla Persona possit, nec debeat exceptis Personis superius nominatis aliquod Exenium facere, nec Panem, seu Vinum, aut Carnes, nec aliquid aliud, quod trahi possit ad Exenium mittere

ad

Domum predictam, et qui contra=
fecerit in 25. libris denariorum
dicto Communi debeat condem=
nari tam mittens, quam ille,
ad cuius domum predicta, vel
aliquid predictorum portaren=
tur, et in cuius domo conuiui
um fierit, quam etiam quili
bet ex commedentibus in conui
uio supradicto. Et Notarius ma
leficiorum dictę Ciuitatis te=
neatur, et debeat ire ad domum
mortui, et inquirere de predictis.
Et nulla mulier ire debeat ad
aliquem mortuum extra dis=
trictum Belgindi pena 100. so=
lidorum denariorum, in quibus
de dote ipsius mulieris ductę
per aliquam consanguineam
defuncti, uel defunctę. Item
quod Potestas Ciuitatis Bel=
gindi, qui pro tempore fuerit

teneatur, et debeat vinculo iura=
menti, et pena 100. solidorum
denariorum de suo salario in
primo Consilio, quod fieret tem=
pore sui regiminis infra octo
dies facere legi presens capitu=
lum, et omnia, et singula in
ipso contenta executioni man=
dare sub pena predicta. Et ni=
hilominus ea bandiri facere per
loca solita, et consueta dictæ
Civitatis. Item quod nulla mu=
lier, sive Uxor alicuius defuncti
debeat recingi, sive accingi per
aliquam personam die, qua ma=
ritus decesserit, seu seppelliretur
nec post extra domum publicè
vel occultè, nec ut suprà dictum
est se induere, aut indui facere
aliquo pannò Viduali, nec se ex=
poliare, aut expoliari facere.
Et si qua contrafecerit tam
ipsa

234v

ipsa Mulier, quam ille, qui eam accingeret, seu decingeret, aut induerit, seu expoliaret in 25. libris denariorum prò quolibet ipsorum per Potestatem dictæ Civitatis debeat condemnari, et quilibet possit contrafacientem accusare, et denunciare, et habeat medietatem Banni, et nomen accusatoris, aut denunciatoris teneatur secretum, et credatur Iuramento ipsius Accusatoris, seu denunciatoris cum uno teste. Item, quod nulla Persona de Civitate Fulginei, vel districtu, seu etiam aliunde audeat, vel præsumat portari facere per Civitatem Fulginei, vel eius districtum ad sepelliendum aliquod Corpus mortuum detectum sive discopertum ad pœnam 25. librarum denariorum per Heredes ipsius

135r

mortui, uel per illum, seu illam
qui, uel quæ eidem succederit sol-
uendarum Communi prædicto. Et
quod nulla persona Corpus mor-
tuum sic detectum portare debe-
at ad seppelliendum pena 10. li-
brarum denariorum pro quolibet,
et uice qualibet, in quibus penis
contrafacientes per Potestatem
seu Capitaneum debeat condem-
nari. Item, quod nulla mulier
in dicta Civitate Fulginei, uel
districtu possit, nec debeat occa-
sione mortis alicuius personæ
incedere aut stare ad modum uidualem,
nec balsum portare in caput om-
mittere, nec pannos fuscos, seu
bruttos in capite deferre pena,
et Banno 100. solidorum dena-
riorum pro qualibet, et uice qua-
libet, qua aliqua mulier contra-
fecerit, quæ pena ueniat in Com-
mu-

mini Fulginii, dummodo hoc do=
dum non habeat in Uxorem alicu=
ius Mortui, cui Uxori liceat
occasione mortis sui Viri inci=
dere, et stare, ut sibi placuerit
et videbitur convenire. Item
quod nulla mulier penitus de=
beat in aliquo Monasterio
seu loco religioso occasione
mortis alicuius Personae face=
re aliquid corruptum sub pena
predicta pro qualibet Persona=
rum vice qualibet, qua contra=
fecerit liceat enim hac die tan=
tum, qua Corpus Defuncti tra=
ditum fuerit Ecclesiasticae Se=
pulturae illis Personis de domo,
de qua emissum fuerit Corpus
Defuncti, seu de qua fuisset
talis Defunctus accedere ad
Monasterium, et locum reli=
giosum, quod, et quem volue=
rint

rint ubi quatuor personis tantum;
Et si talis Persona de Domo dicti
defuncti elapsa die predicta
contraventum fuerit in Monaste-
rio, seu loco predicto in 25. libris
denariorum Communi Fulgi-
nei condemnetur; Et si qua per-
sona ultra dictum numerum,
et formam predictam iverit, in
centum solidos denariorum Com-
muni Fulginei condemnetur.
Et Potestas, et Capitaneus, et
eorum Officiales teneantur in-
quirere super premissis, et repe-
rtos culpabiles punire, et condem-
nare in penis predictis vinculo
Iuramenti, et pena 100. librarum
denariorum de eorum salario
Communi ~~[illegible]~~ Fulginei applicando-
rum.

Item

De Sponsalitiis et ordine servando in illis

Rca 114

tim nos Statutarij supradicti sin=
gula Capitula apposita, et descrip=
ta in Statuto Communis Fulginei,
et contenta in eis tractantia de spon=
salitijs, et de modo, et ordine tenendo
in illis approbamus, et illa eadem
nos facimus, et firmamus, et valle=
re volumus in omnibus, et per om=
nia, ac si in presenti Statuto Po=
puli essent seriatim apposita, et
descripta ~~[illegible]~~ hoc etiam addentes
eisdem, quod contenta in ipsis Ca=
pitulis locum non habeant, nec
se extendant ad preterita, sed tan=
tum ad presentia, et futura. Item
quod nulla persona tempore ce=
lebrationis aliquarum sponsali=
tiarum, nec non Nuptiarum pos=
sit, nec debeat permanere nisi tan=
tum in domo, seu domibus ubi
esset, vel fieret celebratio supra=
dicta, et non alibi; et qui contra=

fecerit in 100. Solidos denariorum
Communis Fulginei condemnetur.
Item quod quelibet mulier que
habuisset alium Virum, et demum
transiret ad secunda Vota, seu cum
alio contraxerit matrimonium pos-
sit, et sibi sit licitum movere
se, dum transducetur ad Domum
ipsius sui Viri à Domo ipsius ta-
lis Mulieris, seu à qua moraretur
tur tempore ipsius transductionis
et non ab aliqua Ecclesia. Item
quod si qua Mulier incurrerit
aliquam penam eo quia fece-
rit contra ordinamenta loquen-
tia de supradictis Sponsalitijs,
seu Sponsalijs illam penam sol-
vere teneatur, et debeat de
Bonis suis Dotalibus, seu ali-
js, que haberet.

Item

De dannis datis per aliquos exbannitos

Rca 115

tum dicimus, et ordinamus, et presenti Statuto firmamus, quod si aliqua damna, incendia, aut guasta darentur in Civitate Fulginei, vel eius districtu in aliquibus Bonis, aut Possessionibus Arboribus, Vineis, fructibus, domibus, palearibus, vel aliquibus aliis Bonis, vel quod aliquis de dicta Civitate, vel districtu personaliter caperetur, et pro redemptione personae talis capti aliqua pecuniae quantitas solveretur, vel esset soluta, vel aliquid aliud in rebus aliis, quo ad emendationem dictorum damnorum, nec non ad restitutionem pecuniae sive rei alterius, de quibus supra fit mentio teneantur damni datores, et alicuius personae captores. Et si huiusmodi damnum dantes, vel damni

iniungitur Iu[dici] quod de his damnis datis cognoscat Potestas

2382

De damnis datis per aliquos condennatos

N. ca. 113

datoris, seu captoris essent exbanditi communis Fulginei satisfaciat de Bonis ipsorum, si inuenirentur alias Matris, Patris, Fratris, et Sororis dictorum damna, et incendia committentis satisfacere teneantur et debeant damna, et guastum uel incendia passis, uel non ad satisfaciendum totum, et omne eius, quod talis Persona damnificata esset, uel pro redemptione ipsius Personae soluisset, aut solui fecisset, et de hoc stetur Sacramento illius, qui captus fuisset et redimisset, seu damnum guastum uel incendium recepisset, uel substinuisset. Qui Patris, Matris, Fratris, et Sororis in dictis casibus ad emendationes predictas faciendas penitus teneantur infra decem diebus postquam liquerit esse uera predicta. Si uero Patrem, Matrem,

Fra-

238v

fratrum, et sororum non habuerint
damna talia, et alia supradicta
committentis ipsa damna per Com=
mune Fulginei et de ipsius Com=
munis pecunijs debeant emen=
dari infra dictum terminum
computandum à die extimatio=
nis dicti damni, quę extimatio
fieri debeat per Priores Populi
Fulginei, qui pro tempore fuerint
uel duos homines eligendos per
eos, et Camerarius dicti Commu=
nis, qui pro tempore fuerit tenea=
tur, et debeat uinculo Iuramenti
et pena 25. librarum denario=
rum pro uice qualibet, qua con
trafecerit Communi Fulginei per
soluendonem soluere de pecunia
dicti Communis, et emendare dam=
na secundum extimationem fa=
ciendam infra decem dies à die
extimationis factę computandos

Si uerò damna, guasta, et incendia
data fuerint in Confinibus aliqua-
rum Villarum, seu in ipsis Villis, uel
propè ipsas Villas, et Dominis Pri-
oribus, qui prò tempore fuerint ui-
debitur per homines habitantes
in ipsis Villis, seu aliqua ipsarum
Villarum fore aliquid emendan-
dum, seu soluendum, quod te-
neantur dicti homines infrà dic-
tum terminum emendare, et satis-
facere illis, qui damnum passi
fuerint uel fuerunt, secundum
quod eisdem Dominis Prioribus
uidebitur conuenire, in arbitrio
quorum Priorum remaneat per
quos ipsa damna, guasta, et
incendia debeant emendari. Qui
Priores, et Potestas, qui prò tem-
pore fuerint in Ciuitate prædicta
teneantur uinculo Iuramenti, et
pæna 25. librarum denariorum

prò

prò quolibet ipsorum, et uicequa-
libet prædicta effectui demanda-
ri infra 10: dies à dib. quærelis
còram eis propositis.

De mutuantibus in civitate Fulginei ad usuram

Rca 116

tem dicimus, et ordinamus, et pre-
senti lege firmamus, quod nullus
mutuans in Civitate Fulginei ad
usuras aliquam pecuniam mu-
tuum, sive Christianus, sive
Iudeus, aut alius audeat, vel pre-
sumat Dominis Potestati, Capita-
neo, nec alicui Officiali ipsorum
mutuare pecuniam, pannos, Equos,
nec aliquid aliud, nec donare, vel
donari facere publice, vel occul-
te aliquid, et si quis contrafecerit
solvat nomine pene 25. libros de-
nariorum, in quibus per Potesta-
tem debeat condemnari, et si pre-
dicta Potestas, vel Capitaneus, vel
aliquis ipsorum Officialium pecu-
niam, pannos, Equos, vel aliquid
aliud mutuo, vel dono, vel aliquo
alio modo acceperit quilibet ex iis,
qui contrafecerit in 25. libris dena-
riorum Communi predicto debeat
con-

condemnari, et nullus prędictorum
usurariorum sit ausus, nec debeat
ascendere aliquod Palatium Com=
munis, uel Populi Ciuitatis Ful=
ginei de nocte post sonum Cam=
panę, quę pulsatur de sero pro Com=
muni Fulginei pęna superius pro=
imè declarata. Item quod mutuans
ad usuras Iudeus, uel Christianus
Forensis possit, nec debeat ascende=
re aliquod Palatium Communis,
uel Populi Fulginei, uidelicet
à Sala, siue loco ubi Ius red=
ditur supra, et qui contrafecerit
soluat uice qualibet nomine Ban=
ni Communi prędicto 25. libras
denariorum, et quilibet possit con=
trafacientem accusare, et habeat
medietatem Banni, et nomen
Accusatoris teneatur secretum.
Et semper sequens Potestas de prę=
dictis inquirere teneatur ad peti=

241r

tionem cuiuscumque pertinentis.

Item

tem dicimus, et ordinamus, quod si aliquis, contra quem procederetur per Dominum Potestatem, vel eius Curiam quacumque de causa timeret se tormentari per d. Dominum Potestatem, vel eius Curiam, vel esset in casu tormentationis, tunc possit recurrere ad dictum Capitaneum, quo recursu facto, et facta notificatione per dictum Dominum Capitaneum vel eius Iudicem, seu Curiam Domino Potestati, seu eius Curiae de dicto recursu, tunc Potestas, et eius Officiales teneantur, et debeant examinare Processum super quo fuerit factus dictus recursus, et Iudicia, quae habuerint contra recurrentem cum ipso Capitaneo, seu ipsius Iudice de procedendo ad tormenta dummodo exhibeant

tormenta

Quod a sententia vel comminatione tormentorum appellatur ad Capitaneum, et facta appellatione, quod sedeat Potestas vid. in rub. 118. de rec. contra. Cons. rub. 71. et rub. 84. lib. 2. et vid. supra rub. 49.

capitula actorum, et toties Pro=
cessus, et si alio modo processerit
Potestas, et eius curia in tormen=
tis Processus non valeat, nec te=
neat ipso iure, et nihilominus
perdat Potestas de suo salario
100. libras denariorum, in qui=
bus per Sindicum dicti Commu=
nis ipsi Communi condemnetur
non obstante aliquo capitulo Sta=
tuti Populi, vel Communis, quod
in contrarium loqueretur

Item

De hiis qui appellaverint et succumbuerint in appellatione

R. 118

Item dicimus, et ordinamus, quod quicumque appellaverit ab aliqua sententia lata contra eum occasione alicuius malleficij, seu delicti, vel quasi per Potestatem seu eius Officiales si in causa appellationis succumbuerit, aut ipsi appellationi renunciabit, vel ipsam appellationem non fuerit prosecutus appellans, vel eius procurator teneatur Communi Fulginei solvere totam quantitatem condemnationis, et quartum plus et predicta Potestas, et Capitaneus, et eorum Iudices iuramento, et pena 50. librarum denariorum teneantur facere observari sine aliqua prolatione sententie. Item quod si contigerit dictum Capitaneum, vel eius Iudicem cassare aliquam sententiam condemnationis latam per D. Potes-

Per statutum videtur non esse licere, quia videtur factum in fraudem appellantis, ne non appellent timore quarti pluris. Vid. per Constitutiones Eccl. lib. 6. rub. 180. de multis alijs Constit. signanter in reformatione de deposito faciendo ante appellationem sub rub. 130.

quod appellans in causa criminali, et succumbens in ea solvat quartum plus, et vid. Stat. Civ. lib. 2. rub. 72. Consueg. 84. et vid. in rub. 123

quod Sindicus Comunis appellet a sententia Capitanei lata contra Commundanti Capitaneus impugnaverit sententiam Potestatis latam pro Communi, et appellatum ad Priores

a sententia Capitanei debet appellari ad Priores

tatem, uel eius Vicarius contra ali=
quam personam, quod Sindicus
Communis Fulginei, qui pro tem=
pore fuerit teneatur, possit, et de=
beat à tali cassatione, seu absolu=
tionis sententia recurrere ad
Dominos Priores Populi Ciuita=
tis Fulginei qui pro tempore fue=
rint, qui Priores habitis primi Iu=
dicij, et secundi actis committant
ipsam questionem expensis dicti
Communis uni sapienti extra dic=
tam Ciuitatem prout eis melius
uidebitur conuenire. Et id quod
ipsum sapientem consultum fue=
rit super ipsa causa ualeat et
plenam obtineat roboris firmi=
tatem, et executioni mandetur
non obstante ipsa sententia
absolutoria lata per dictos Offi=
ciales, uel alterum ipsorum scili=
cet per ipsum Capitaneum, uel ei=

us

us Iudicem contra ipsum Sindi=
cum. Item quod si aliqua que=
stio duraverit, duravit, sive dura=
vit spatio sex mensium, vel plu=
rium in Curia Communis Fulgi=
nei civiliter coram quocumque
Iudice dicti Communis, quod
dictus Iudex, coram quo dicta
questio ventilata fuerit, seu ven
tilaretur, vel in dicto Officio suc=
cesserint, vel successerit non obstan
te aliqua questione pendente
sive pro aliquo incidenti vinculo
Iuramenti, et pena 100. librarum
denariorum teneatur, et debeat
dictam questionem visis actis
iuribus, et allegationibus utri=
usque partis diffinire, et sen=
tentialiter terminare perstan
tum infra 15. dierum spatio ali
quibus procuratorum subterfu=
giis non obstantibus, et alicui
non committere etiam partibus volentibus

Nota quod questio civi=
lis, que dura=
verit per sex
menses termi=
nari infra
quindecim
dies pena 100. li=
brarum, sine
[illegible] expeditione
vid. Stat. Fulg.
lib. 2. cap. 86.

De electione Syndici ad syndacandum Potestatem et Capitaneum

Rca 119

tem dicimus, et ordinamus, quod Priores Populi Civitatis Fulginei qui pro tempore fuerint, ac Confalonerius Iustitiae dicti Populi teneantur, et debeant eligere quemdam Sindicum, qui sit in Iure Peritus, et sit et esse debeat extra Civitatem, et districtum Fulginei de loco, et terra unde eisdem Dominis Prioribus, et Confalonerio melius videbitur, et placuerit convenire non obstante aliquo Statuto, seu reformatione, vel ordinamento cuiuscumque consilii, quod vel quae in contrarium loquerentur, quod quidem Statutum et quam reformationem, seu ordinamentum ex nunc auctoritate praesentis Capituli cassamus, et irritamus, et ex nunc statuimus non valere, qui quidem

Sin=

244v

Sindicus sic electus habeat, et
habere debeat duos bonos Nota=
rios de Fulgineo et qui Sindi=
cus Sindicare teneatur, et debe=
at Potestatem, et Capitaneum
et eorum Officiales, et Famili=
ares, et omnes alios Officiales
Civitatis predicte de omnibus
ommissis, et neglectis in eorum
officio, seu Officijs, et de omni=
bus, et singulis commissis, et per=
petratis per eos, vel ipsorum al=
terum, cuius officium duret
per octo dies infra quos tenea=
tur dictus Sindicus causas ci=
viles, et criminales motas con=
tra ipsos, vel alterum ipsorum
definire, et terminare bona
fide, et sine dolo, vel fraude.
Et ipsos, et ipsorum quemlibet
repertos culpabiles de predictis,
vel aliquo predictorum punire,

officium ipsius Sindici durat octo diebus tan=tum, et si infra d(ictos) octo dies officium Sindicatus non finibit incidit in penam 100. librarum

re condemnari, et omnia, et sin=
gula facere, et diligenter exer=
cere, quod ad ipsius Officium ex=
pectare noscuntur, quod si non
fecerit in 100. libris denariorum,
et plus ad arbitrium Potestatis
debeat condemnari, et quod in=
frà dictos octo dies, nec etiam
durante eorum officio non pos=
sint petere licentiam se absen=
tandi, seu absolutionem aliquam
petere, et si peterent infrà dictos
octo dies, vel tempore ipsorum
officij in 500. libris denariorum
Communi Fulginei condemnen=
tur, et dicta licentia, sive abso=
lutio non valeat si daretur ipsa
durete, et successores eorum non pos=
sit proponere in consilio aliquo,
nec aliquis consiliarius arin=
ghare, quod licentia aliqua eis
detur, et Potestas, et Capita=
neus

De pœna sin=
dici Officiali=
um

Si Potestas pete=
rit licentiam
se absentandi
durante Offo
vel ante sindi=
catum finitum
debet solvere
500. libras

uid. Stat. rub. 28

Rectores qui Reos fecerint perdant
de eorum Salario 500. libras de=
nariorum Perusinorum Consilia=
rius uerò, qui aringauerit in
100. libris denariorum Commu=
ni Fulginei condemnetur, et si
quid ad manus ipsorum perue=
nerit per corruptionem, uel fra=
udem, seu receperint ultrà Sala=
rium eis ordinatum, tam à Commu=
ni, quam à specialibus personis res=
tituere teneantur, et in tantun=
dem dicto Communi Fulginei
per dictum Sindicum condem=
netur, et ad prædicta probanda
sufficiat iuramentum petentis
cum sex testibus de publica
fama datis in casu prædicto,
et dantes, seu qui eis dederint
ad pœnam aliquam minimè
teneantur. Iudices autem, et
Notarij prædictorum Rectorum

De pœna Po=
testatis uel
Vicarij petentis
quod denegauerit
licentiam Po=
testati se ab=
sentandi

De Salario
Sindici, et No=
tariorum eius

mutuo recipere non possint à Com=
muni, nec à specialibus Personis
ipsius Communis, et dictus Sindi=
cus, et Notarius supradicti habe=
ant, et habere debeant de pecu=
nijs d. Communis salarium quod
Priores dicti Populi, qui pro tem=
pore fuerint, ac Confalonerius
supradictus duxerint ordinan=
dum. Item quod praesentes Potes=
tas, et Capitaneus dictae Civita=
tis Fulginei, et qui pro tempore
fuerint finito eorum Officio te=
neantur, et debeant personali=
ter cum eorum Officialibus, et
Familijs stare ad Sindicatum
in Civitate praedicta post exi=
tum eorum regiminis per octo
dies si petitio, vel querimonia
protracta fuerit, vel delata per
aliquam Personam specialem
contra ipsos Potestatem Capita=
neum,

rum, et eorum Officiales, et Fami=
liares, uel ipsorum alterum infra
tertiam diem, et si porrecta fue=
rit, et remanserit per porrigentem
tunc finita dicta tertia die
ipsi Potestas, et Capitaneus, et eo=
rum Officiales, et Familiares pos=
sint redire ad dictam Civitatem
Fulginei, dummodo dimittant
et dent bonos, et idoneos fideius=
sores, et Procuratores constituant ad
respondendum et ipsos dimittant
et hoc locum habeat in presenti
et futuro. Item, quod nulla per=
sona, quando Potestas, et Capita=
neus, et eorum Officiales ibunt
seu irent ad Sindicum, siue ad
sindicandum ipsos debeant asso=
ciare ad Palatium, nec cum eis
ire, sed ipsi per se tantum uadant
cum ipsorum Officialibus, et Fa=
mulis coram Sindico, et qui contra

de tempore sindi=
candi, quantum durent uide=
licet Potesta=
tis uel Capitanei
sed in Stat. Cons.
lib. 3° rub. 58.
est instantia
dierum pro
Potestate, pro
Capitaneo qua=
tuor, pro alijs
Officialibus
quinque dierum

nota quod ui=
detur posse re=
trahi petitio
sed contrarium
uidetur in Stat.
Cons. ubi tamen
uid. in rub. 58
quia post litis
contestationem
non retrahi, ut
ibi, sed ante sic
ut dic

fuerint in 25. libris denariorum Communis Fulginei condemnetur, et novus Potestas teneatur inquisitionem facere de prędictis, et repertos culpabiles punire, et condemnare in pena prędicta, et Priores Populi, qui pro tempore fuerint publice bandiri faciant quinque diebus ante exitum Officij Officialium prędictorum, et prędicta, ut homines sciant, et hoc capitulum per Notarium reformationum Civitatis Fulginei tempore eorum iuramenti eis debeant inter alia compu= tari. Item quod durante eorum Officio peti, nec consequi possint Officiales prędicti aliquam abso= lutionem de neglectis, et ommis= sis per eos, vel mali gestis in aliquo Consilio, vel Arengha, et si petertur vel fieret non valeat

dure

iure ipso, et ipso iure, sed exnunc
pro cassa, et irrita penitus habean-
tur. Item, quod Priores Populi
Civitatis predicte teneantur, et
debeant vinculo iuramenti fieri
facere unum cassettum serratum
duobus serraminibus, et cum uno
foramine de supra in copertorio,
et ipsum cassettum poni facere, et
elevari in Palatio ipsorum Prio-
rum ita quod publice videatur
in quo cassetto, sive scrinio, et per
ipsum foramen quilibet publice
vel occulte possit mittere peti-
tiones, et cedulas de male ges-
tis, et prave receptis, et actis per
ipsum Potestatem, et Capitane-
um, et ipsorum Officiales, et Fa-
miliares, et contra ipsos, et con-
tra corruptores, et
ipsorum, et contra omnes, qui dixe-
rint tractaverint, vel ordinaverint,

De cassetta contra Offici. alios aliq. [illegible] torio nursino

seu procurauerint aliquid contra
presentem bonum Statutum Ciui=
tatis predictæ, quorum serami=
ni unam Clauium retineant
Priores Populi dictæ Ciuitatis, et
alteram Confalonerius Iustitiæ,
quod Cassettum qualibet die aper=
riri teneatur, et debeat, et inde
extrahere omnes Cedulas, et super
ipsis sapienter, et grauiter delibe=
rare consideratis omnibus, quæ
continentur in eis per se ipsos, et
cum illis Personis, quæ eis uide=
buntur, et quæ super ipsis, deli=
berarentur, uel deliberentur effe=
ctui penitus demandare. Item quod
nulla Persona de Ciuitate Ful=
ginei audeat, uel presumat ire
ad comedendum cum Potestate
Capitaneo, uel eorum Officiali=
bus deposito eorum Officio, nec
eis, aut alicui ipsorum per se uel
ali=

alios publicè, uel occultè præsen-
tare, uel Xenium facere, dare,
uel mittere, seu ab ipsis recipere,
et qui contrafecerint pro quolibet
et uice qualibet tam dans quam
accipiens soluat nomine pœnæ
25. libras denariorum Communi
Fulginei soluendorum, in qua
quidem pœna condemnentur per
nouum Potestatem dictæ Ciuita-
tis, qui in principio sui regiminis
specialiter de præmissis inquire-
re teneatur infrà tertiam diem.
Et Priores Populi Ciuitatis Ful-
ginei teneantur, et debeant uin-
culo iuramenti quinque diebus
ante exitum Officij prædictorum
Rectorum, et Officialium prædic-
tas per dictam Ciuitatem Ful-
ginei bandiri facere in locis
consuetis, ut tam Potestas Capi-
taneus, et eorum Officiales, et

Familiares a talibus Xenijs recipiendis, et conuiuium faciendis, quam alij Fulginates a faciendo, et tractando dicta Xenia et accipiendum conuiuia se valeant totaliter abstinere, et ut per aliquos aliqua ignorantia pretendi non possit, qua a dictis penis euadere possint. Item quod Priores Populi antedicti non permittant, nec permitti faciant, nec consentiant, quod presens Capitulum in aliqua parte tollatur, vel suspendatur aliqua intentione, vel causa, sed curent semper, quod in omnibus, et singulis habeant robur firmitatem. Et si dicti Priores consenserint, aut permiserint, quod contra predicta vel aliquid predictorum fiat aliqua intentione, vel ratione, vel causa, condemnetur quilibet ipsorum

nota quod qui fuerit in Offo in Ful-gineo non possit esse Sindicus inde ad annos tres

sonum in 25. libris denariorum infrà novem dies ad introitum Officij Successoris suorum per ipsos Successores pena 25. librarum denariorum pro quolibet ipsorum Successorum. Et nullus, qui fuerit in aliquo Officio in Civitate Fulginei à tribus annis citrà possit esse Sindicus in Civitate predicta. Item quod si Potestas vel Capitaneus, vel aliquis de eorum Officialibus, vel Familiaribus receperit Prandium, vel invitarit ad comedendum aliquo tempore, quo steterit ad Sindicatum, quod stent, et stare debeant octo diebus plus, quam stare deberent secundum formam Statuti Civitatis Fulginei ad Sindicariam in dicta Civitate, et hoc Capitulum Prioris Populi supradicti teneantur

vid. de hoc aliud supra in eodem Stat.

250 r

tur, et debeant prohibitari potestati novo ea die, qua intraverit in officio, ut contenta in hoc capitulo debeant observare pena decem librarum denariorum.

Item

250v

Capitulum de picciarolis

Rea 120

tem dicimus, et ordinamus, quod
omnes Persone deferentes ad uen-
dendum Caseum, Oua, Pullos,
Lepores, uel alias quascumque
Venationes ad Ciuitatem Fulgi-
nei teneantur, et debeant uen-
dere, et specialiter in die sabati
in Platea ulteri Communis Ful-
ginei à Palatio Capitanei us-
que ad caput Stratarum mer-
catorum, et non alibi; et contra
faciens in decem Solidos dena-
riorum Communi Fulginei con-
demnetur exceptis Picciaiolis,
Salinarijs, et Casiaiolis, qui pos-
sint predicta uendere in eorum
Apothecis, et ante ipsorum, et cui-
usque ipsorum Apothecas, et an-
te ipsorum Bancas, uel in ipso-
rum Banchis quicumque. Item
quod nullus Picciaiolus, Salina-
rius, Casiaiolus, Taberinarius, Hospi-

Reo 120

tatos, nec aliquis Forensis possit nec debeat supradicta emere, vel emi facere in dicta Platea ulteri Communis Fulginei, et nullus predictorum possit, nec debeat aliquid predictorum, et maximè die Sabati usque ad nonas in nullo loco emere, nec emi facere sub pena 40. solidorum denariorum pro quolibet, et vice qualibet, et quilibet possit contrafacientem accusare, et habeat medietatem Banni, et nomen accusatoris teneatur secretum, et Potestas, et Capitaneus teneantur, et debeant vinculo Iuramenti, et pena 25. librarum denariorum de eorum salario mittere qualibet die Sabati Familiam ipsorum per Plateas, et Stratas, et ad Portas dictae Civitatis, et etiam alium extra dictam Civitatem usque

ad

ad dimidium miliare, et plus si dicis videbitur ad praedicta inveniendum. Item dicimus, et ordinamus, quod omnes Pisces crudi vendi debeant in Platea veteri Communis praedicti, et non alibi, et qui contrafecerit, et ij inventi fuerint si fuerint inventi in domo solvat nomine Banni vice qualibet 100. solidos denariorum, si verò extrà domum solvat nomine Banni 20. solidos denariorum, et nullus Tabernarius possit nec debeat emere Pisces nisi causa coquendi, et si alicui Tabernario fuerint inventi Pisces crudi ad vendendum solvat vice qualibet viginti solidos denariorum si inventi fuerint extrà domum, si verò intus in domo 100. solidos denariorum. Et ad inveniendum ~~[illegible]~~ praedicta Potestas, et Capitaneus te=

neantur suos Familiares cum uno
ex eorum Notarijs mittere qualibet
Hebdomada ad pœnam 50. librarum
denariorum. Item, quod nulla
persona habitatrix in Civitate Ful=
ginei, vel in eius districtu emat
pisces crudos in dicta Civitate
Fulginei causa revendendi, nec
emi faciat ante nonas, nec ven=
dere debeat in Civitate prædicta
ante nonas, et si qua persona
contrafecerit in 100. solidos dena=
riorum vice qualibet per Capita=
neum supradictum Communi Ful=
ginei debeat condemnari, Et nul=
lus Venditor dictorum piscium a=
portare debeat pisces prædictos ad
domum, sed tantum vendere tene=
atur ipsos modo quo supra in pla=
tea dicti Communis ad pœnam su=
perius nominatam, et cuilibet sit
licitum contrafacientem in aliquo

pre=

prædictorum denunciare, et habeat
medietatem Banni, et eius nomen
teneatur secretum, et Capitaneus
de prædictis teneatur facere qua-
libet hebdomada vinculo iuramen-
ti inquisitionem. Item, quod nul-
la Persona possit, nec debeat
coquere aliquam Porchettam a-
scendentem pretium 15. solido-
rum denariorum, et qui contra-
fecerit soluat nomine Banni
10. Solidos denariorum. Item
quod nulla Persona possit, nec
debeat facere seu coquere fica-
tellos causa vendendi nisi de
Porco tantum, et qui contrafece-
rit subiaceat pena 10. librarum
denariorum Communi Fulginei
soluendorum. Item dicimus,
quod liceat unicuique de ar-
te Salenariorum in Civitate
Fulginei scilicet ante ipsorum

Apothecas quandocumque eis placuerit emere à quibuscumque Personis, quas uoluerint omnes, et singulas res, et nummatas, siue deratas, quas uoluerint sine pena, et Banno.

Item

Rca 121

tem dicimus, et ordinamus quod si aliqua Mulier habens Maritum et filium, seu filios ex eo condi-derit, seu condiderit Testamentum secundum ... uoluntatem Ma-riti, quod ipsum Testamentum non ualeat, nec habeat roboris firmitatem, et ipso iure pro cas-so, et uano, et nullius ualoris pe-nitus habeatur, et ex forma ip-sius Testamenti alicui Legata-rio nullum ius acquiratur, et uolens ipso uti non audiatur in iudicio. Item, quod si aliquis filius Matri sue donauerit seu uenditionem aliquam in formam cuiuscumque contrac-tus fecerit de omnibus Bonis suis, uel maiori parte ipsorum Bonorum, et post dictam uen-ditionem, seu donationem, uel contractum dictus eius filius mor-

An donatio facta ff fi-lius matri sue, uel uen-ditio, uel alia alienatio ua-leat

Rub. 121

tuus sit, vel fuerit dicta dna
Matre superstita, quod predicta
Mater filijs, seu filio dicti sui
filij mortui dicta Bona ei vel
dita, vel donata à dicto filio
restituere teneatur, et facere
et fieri publicum Instru-
trumentum restitutionis sine
aliquo pretio ad sensum, et volun-
tatem sapientis dicti sui Nepotis
seu Nepotum cum omnibus solem-
nitatibus necessarijs dicto Instru-
mento, et predicta Potestas vel
alius Iudex precisè [illegible] te-
neatur fieri facere, et debeant
infra quinque dies post quam
petitum fuerit coram [illegible]
alter eorum ad petitionem cui-
uscumque Consanguinei dicti
Nepotis seu Nepotum. Item
quod si Maritus dictus talis Mu-
lieris, quis condidit seu condide-
rit

it Testamentum non esset, vel non fuisset in Civitate Fulginei, vel eius districtu, seu fuisset, vel erit iusto impedimento impeditus, quod ipsa Mulier possit condere Testamentum in presentia Consanguinei ipsius sui Viri, seu Mariti, et sic condito ipso Testamento valeat.

Si maritus esset absens, vel aliquo impedimento esset, non possit an, et quomodo eius Uxor testetur

Item quod si aliqua Mulier habens Maritum decessit, seu decesserit intestata sine filijs legitimis, quod quarta Pars dotis ipsius talis Mulieris, que decessit, seu decesserit veniat in dictum suum Maritum, et ipsi suo Marito penitus applicetur ipso Iure capitulo aliquo tam Statuti Populi quam Communis, quod in contrarium loqueretur, cuicumque capitulo non obstante. Et quod Instrumentum dotale ipsius talis mulieris sic decedentis con

an, et quando maritus lucretur quartam partem dotis Uxoris ipsi decedentis et non quando dicit intestata Item dicit habens maritum quod si non dicit testa andicat proprii mariti

tra Virum ipsius talis Mulieris, et etiam eius Bona executioni mandari non possit, nisi quarta pars dotis predictae per aliquem Officialem Communis predicti ad petitionem alicuius perso-nae petentis, et si peteret non audiatur in sua petitione tam pater quam persona alia cuius-cumque conditionis existens pro parte Mulieris predictae sic decedentis; et predicta vendicent sibi locum, nec non valeant in muliere, seu Mulieribus ha-bentibus, seu habentibus patrem et in non habentibus, ac eti-am a supradicta parte que dotat. Item quod si aliqua Mulier habens maritum de-cesserit, seu decederit intesta-ta

nota istud stat. dic. et supra in dicto intestato quia videmus decedentem illam iustitio nem, quod statute statuto de matre vel alia persona non succedat filio vel filio intestato vel ab intestato aveniat ad successionem filiorum impuberorum decedentium quia non videntur mori intestati, ad intestabiles namque arguendo a simili videtur hic stat. quod non valeat, ratio quia hic filiafamilias dicitur non intestatus si non fecerit testamentum et tamen si filiusfamilias non potest testari ratio in proprie dicitur intestata, et tamen statutentis intelligunt quod etiam in testatis dicuntur intestati ut in ... pupillaribus, quo

tas inferiores usque ad finem
huius presentis capituli valeant
et locum habeant in presenti
tempore, et futuro

testium non pos-
sunt, quod non
nisi dicat quod
a simili vel
a minori non te-
net maxime in
stat. Ubi dispo-
sitio eadem ratio ta-
men non locus habet.
secundum dicit
in statuta, et
quando dicit sic
decedentis et
ibi late nos
et infra ibi in-
testato

De forma Budini, ac forma quam olim fieri fecit Vagnii D. Gratiis Iohis

Rca 122

tum dicimus, et ordinamus, quod
fovea butini, et forma, quam fe=
cit fieri uangi domini fratris san
ctis debeant equari, et remendari
adeo, quod aque labentes per fon=
tem Butini, et foveam, et formas
predictas libere in eas fluant, et
labant, et taliter attint, quod for=
mas dictas, et possessiones vicino=
rum, et circumstantes non offen=
dantur, vel offendant, et Capita=
neus Populi Civitatis Fulginii
vel eius Notarius, qui erit su=
per actatione, et conservatione
Viarum, et Scinatarum, Fontium,
et Pontium prout fuerint requi
siti, vel coram quo petetur te=
neantur, et debeant supradicta
fieri facere per adiacentes dic=
tis foveis, atque formis, et laben=
tes in ea utilitatem, necnon per
homines Villae Butini, et per eu=
ben=

bentes terras à domo Angeli Ni=
colai inferius usque ad Sanctum
Felitianum de Butino, scaffa=
le Campum filiorum domini
Corradi Itim debeat, et tenea=
tur ipse Capitaneus, et Notarius
facere remundari, recauari, et
rectari, prout melius, et utilius
fieri poterit per adiacentes ip=
sius scaffalis, et etiam per illos
dominos, et personas, qui, et quae
consueti sunt ipsum scaffale
cauare, remundare, et actare
infra duos menses post quam
alter praedictorum fuerit requi=
situs ad petitionem cuiuscum=
que petentis, dummodo ad ca=
uandum, et remundandum, et
actandum scaffale praedictum
habitatores infra muros Ciuita=
tis Fulginei minime teneantur
seu cogi possint per aliquem Offi=
cialem

dictarum Civitatis predictae, quae
omnia et singula supradicta, et
quod licet predictorum predicti
Capitaneus, et Notarius, et utrum-
que ipsorum prout fuerint requi-
siti teneantur facere fieri, et
executioni mandari infra tem-
pus predictum poena privationis
Iuramenti, et 500 librarum de-
nariorum, in quibus contrafaci-
ens per Sindicatum dicti Commu-
nis ipsi Communi debeat peni-
tus condemnari.

Item

De domibus non dandis Potestati et Capitaneo

Rca 123

temo dicimus, et ordinamus, quod nec Potestas, nec Capitaneus, nec aliquis ipsorum, nec alicuius eorum Officialis, vel Familiaris pos= sint, nec debeant petere, aut peti facere pro eis, vel aliquo eorum aliquam Domum alicuius spe= cialis Personae Civitatis Fulgi= nei, nec eis, aut alicui eorum concedatur, vel detur talis do= mus pro ipsorum, vel alicuius eorum habitatione per Commu= ne Fulginei, nec per ipsum Com= mune dari vel concedi possit li= bere ad pensionem, vel modo alio et si quis ipsorum Potestatis Capi= tanei, vel aliquis ipsorum Offi= cialis, seu Familiaris contra prae= dicta, vel aliquid praedictorum fecerit solvat dicto Communi= ... qualibet 100. solidos dena= riorum, et Camerarius dicti Com=

258 r

munis non possit, nec debeat dicta
de causa aliquam pecuniæ quan=
titatem soluere, et si soluerit sol=
uat de suo, et nihilominus soluat
dicto Communi 25. libras dena=
riorum, sed stare debeant conten=
ti dicti Potestas, et Capitaneus pro
se ipsis, et eorum Officialibus, et
Familiaribus de domibus dicti Com=
munis, in quibus soliti sunt mo=
rari, et si aliquis Pons siue iter
esset inter Domos dicti Communis,
et aliquarum specialium Persona=
rum, quod talis Pons, siue iter
debeat destrui, et deuastari, et
ipsum iter taliter claudi quod ne
iri, nec transiri possit. Et hoc Ca=
pitulum locum habeat in præ=
senti, et futuro, et sit præcisum in
qualibet parte sui, et si nullum
aliud Capitulum ante, uel retro
positum contradicat.

Item

258v

De licteris sigillandis

Rca 124

Item dicimus, et ordinamus, quod in licteris per Commune Fulginei mittendis, et sigillandis, et dicto Communi missis, seu mittendis abinde in antea talis modus, et forma servetur videlicet, quod aliquae licterae, quae per Potestatem dictum Communis, et Populi mittentur non possint mitti, nec etiam sigillari sine praesentia, et expressa licentia Priorum Populi dictae Civitatis Fulginei, qui pro tempore fuerint, vel Confalonerij Justitiae Populi supradicti, et si quae licterae mittentur dicto Communi aperiri non possint nisi per dictos Dominos Priores, vel Confalonerium supradictum, quasquidem licteras supradictas sigillari, vel aperiri non possint nisi de licentia dictorum Dominorum Priorum omnium in concordia

existentium, nisi aliquis ipsorum
esset, vel fuerit absens a Civitate
Fulginei, vel quod esset impedimen-
to aliquo iusto impeditus, vel alal-
terum omnia supradicta, et quoli-
bet predictorum fieri possint per
Confalonerium supradictum. Et
quod Notarius Reformationum
dictae Civitatis non possit, nec
debeat dictas litteras aliter, vel
alio modo nisi ut superius scriptum
est sigillare aperire, vel legere
exceptis litteris simplicis iusti-
tiae, in quibus talis solemni-
tas nullatenus requiratur, sed
possint de licentia, et mandato
dictorum Dominorum Priorum
Populi, qui pro tempore fue-
rint, vel dicti Confalonerij tan-
tummodo sigillari, et mitti, et
responsivae ad illas aperiri, et legi.
Et si aliquis predictorum Domino-
rum

259v

rum, aut Notarius contrà, prædic=
tas, uel aliquod prædictorum fece=
rit ter. 50 libris denariorum prò
quolibet, et uice qualibet Com=
muni Fulginei condemnetur.
Et hoc capitulum sit præcisum
cui nullum aliud capitulum con=
tradicat. Item, quod omnes licen=
tie, uel apodixe, quas dictus
Confalonerius dare, uel sigilla=
rit proprio suo sigillo ualeant, et
teneant, et auctoritatem præsen=
tis Capituli plenam habeant
roboris firmitatem. Item, quod 111
dictus Notarius reformationum
uinculo iuramenti teneatur, et
debeat, in uno libro tantum per
se sumpto scribere omnes, et sin=
gulas quascumque petitiones,
quæ porrigerentur, et fierent dic=
to Communi super quibuscumque
gratijs, per quodcumque Commu=

næ, sive Ambaxiatores, aut litte=
ras ipsius Communis, aut spe cia=
libus personis et Communi libet gra=
tiarum super quibuscumque ne=
gotijs quæ fierent per ipsum Com=
mune Fulginei, quibus libris pos=
tulantibus tam Communi quam
speciali personæ, nec non singu=
las gratias, quas receperint per
dictum Commune Fulginei, vel
ad eius postulationem à quorum=
que Communi, sive ad specialibus per=
sona, et quæ etiam peterentur pro
parte dicti Communis Fulginati=
cui Communi, sive speciali perso=
næ, et eorum fierent. Item, quod per
Communem Fulginei, sive ipsius
Communis partem aliquam litte=
ræ non dirigantur, sive scriban=
tur, aut Ambaxiatori, sive Ambaxi=
atores mittantur in servitium
alicuius exbanditi, et condemna=

ti Communis Fulginei, uel pro eius
fauore, uel pro aliqua gratia ob-
tinenda pro illo. Et predicta Prio-
res Populi, qui pro tempore fuerint
ac etiam Notarij reformationum
teneantur, et debeant obseruare, et
obseruari facere pena prestiti
iuramenti, et 25. librarum dena-
riorum pro quolibet ipsorum, et
uice qualibet, qua contrafecerit
Communi Fulginei applicand. Item
quod Priores Populi, qui pro tem-
pore fuerint uinculo iuramenti
teneantur, et debeant non permit-
tere, quod aliqua supradictarum
litterarum petitionis alicuius
generis, uel in futurum alicuius
scribatur, nec sigilletur per aliquam
personam, nisi tantum per Nota-
rium reformationum predicte
Ciuitatis Fulginei.

De tenutis, et pignoribus, et possessis per aliquem certo tempore

Rca 125

Item dicimus, et ordinamus, quod
quicumque tenuit, vel possedit
aut tenuerit, vel possederit in fu-
turum aliquod pignus, seu Tenu-
tam aliquarum Possessionum per
10. annos, vel 15. et talis, a quo
ipsa Possessio habebitur voluerit
Possessionem ipsam recuperare
non audiatur, ipse, nec sui here-
des; Et hoc si talis Possessor fecit
vel fieri fecit de dicto pignore
aut Tenuta subhastationes, pro-
testationes, et Bannimenta secun-
dum formam Statuti, seu capitu-
li Statutorum Communis Fulginei
loquentis de Tenutis rerum mobi-
lium, et immobilium non dandis,
et subhastandis, quibus nolumus
per presens capitulum in aliquo
derogare. Item quod si aliqua Te-
nuta data fuit, vel fuerit alicui
de Bonis alicuius contra aliquem

Et

[margin:] Et idem stat. Com. lib. 2o rub. 101. de rub. 102 et nota quod hic illis derogari licet di- catur dicatque quod non intendat de- rogari

[margin:] confirmatio de stat. Com. circa venditiones et Tenutarum

et ille, cui fuit, vel fuerit data, aut
daretur tenuta ipsa tenuit, seu te=
nuerit ipsam per tempus in statuto
dicti communis contentum, et eam
vendidit, seu vendiderit servatis solem=
nitatibus in dicto statuto dicti com=
munis descriptis, ipsa venditio valleat,
et teneat, et plenam habeat robo=
ris firmitatem, ac si tenuta ipsa
esset vendita per illum, contra quem
data esset dicta tenuta, seu dare=
tur. Et contra talem venditionem
opponi non possit, immò valleat ple=
no iure, et in possessione, et tenuta
dictæ rei sic venditæ emptor ipsius
turbari molestari, seu alio modo
inquietari non possit, et si quis con=
trafecerit in 500 libris denariorum
communi Dulginei condemnetur,
et intelligatur molestia, et turba- quandocumque quis dicat de illum 2 quando molestare, et turbare habeatur in possessione civiliter
tio si occasione tenutæ sic emptæ
fecerint citari emptorem ad aliqua

custo

262r

Curiam, uel si dicta ipsa Venutas libel=
lum porrexerit, uel porrigerit contrà
eum, uel si eum ipsam rem emptam
non promisit, siue promiserit pacifi=
cè possidere.

Item

262v

De inquisitione armorum facienda, et de non eundo post tertium sonum campanae

Rca 126

tem dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus, qui pro tempore erunt in Civitate Fulginei teneantur, et debeant vinculo iuramenti et poena 100. librarum denariorum à principio eorum regiminis usque ad finem seu exitum sui Officij qualibet die mittere Familiam suam cum uno ex suis Notarijs per dictam Civitatem pro inquisitione, et indagatione armorum, et etiam de nocte dictus Potestas pro custodia dictae Civitatis mittere teneatur dictam suam Familiam et Notarium videlicet ad tertios sonos Campanae Communis, quae pulsatur de sero usque ad matutinum Fratrum, et à matutino in antea dictus Capitaneus Familiam suam una cum uno ex suis Notarijs mittere teneatur per dictam Civitatem Fulginei,

usque ad Campanam dicti Com=
munis, quae pulsatur de mane, quam
penam supradictarum 100. libra=
rum denariorum dicti Potestas,
et Capitaneus si contenta in dicto
capitulo non servaverint uicqua=
libet incurrant, et ipsa pena Com=
muni Fulginei applicetur. Item,
quod nulla persona audeat, vel
presumat per dictam Civitatem
Fulginei ire post tertium sonum
Campanae Communis, quae pulsatur
de sero usque ad sonum Campanae
eiusdem quae pulsatur de mane
pro dicto Communi sine licentia
dictorum DD. Priorum Populi
dictae Civitatis Fulginei sigilla=
ta eorum proprio sigillo, et qui=
cumque fuerit inventus aliter
ire post tertium sonum predictum
solvat Communi Fulginei quin=
que solidos denariorum Perusino=
rum

num, quos idem Potestas, uel Capi=
taneus dicto tali inuento teneа=
tur ipso facto auferri pro dicto Com=
muni, et plus eorum arbitrio consi=
derata qualitate eiusdem Personæ
inuentæ, liceat enim cuilibet ire
post dictum tertium sonum Campa=
næ à Domo sua ad aliam suam
Domum propriam, uel conductam
distantim ab alia unde exiuerit
tres Domus, uel quinque, dummo=
do uadat cum lumine, uel signo
luminis. Item, quod nulla Persona
audeat, uel presumat ire post dic=
tum tertium sonum Campanæ à
Ciuitatis nouis usque ad muros uete=
res dictæ Ciuitatis Fulginei cum
Armis, uel sine, et quæ contrafece=
rit, aut inuenta fuerit puniatur
in pena dupli eius, in quo deberet
puniri, et condemnari si alibi esset
inuenta, uel aliunde iuisset per

Civitatem prędictam, et prędicta banniantur in Circulas prędictos, ut homines sciant, et prędicti Potes=tas, et Capitaneus vinculo Jura=menti teneantur qualibet Ebdoma=da semel ad minus mittere eorum Officiales, et Familias per loca prędicta ad inquirendum pro illis qui contrafecerint in prędictis, et re=pertos culpabiles punire in penis prędictis

Item

264v

 Rca 127

rem dicimus, et ordinamus, quod qui=
cumque dixerit, seu crediderit se
grauatum à Potestate, seu ab ali=
quo Iudice, uel Officiali Communis
Fulginei, prèter quam à Sindico in
aliqua Sententia uel Processu Sen=
tentia, uel interlocutorio, possit pe=
tere Sapientem, qui de ipso grauà=
mine cognoscat, et difiniat. Et Po=
testas, et eius Iudex, et quilibet ali=
us Officialis, qui dicitur grauasse
teneatur, et debeat uinculo Iura=
menti, et pena centum Librarum
denariorum illi, qui dixerit se gra=
uatum dare per sapientem Capi=
taneum Populi Ciuitatis Fulgi=
nei, uel eius Iudicem, prout illi,
qui dixerit se grauatum placue=
rit, et quid quid per ipsum Capita=
neum, uel eius Iudicem fuerit pro=
nunciatum, seu dictum, aut sen=
tentiatum habeat roboris firmita=

tem, et predicta locum habeant, nota limitationem quod Stat. loquitur quando quis dixerit se secundo se grauatum, et limitatur Stat. Cons. rub. 2a Cod. gen. lib. p.° rub.° 85. quod lo in simplicibus
quando secundo quis dixerit se graua
tum in Criminalibus non habeat
locum ad diffinitiuam tantum, et
Capitaneus, siue suus Iudex ipsas
questiones, et causas debeat termi
nare infra decem dies continuò in
Criminalibus, et quindecim dies uti=
les in Ciuilibus, et abinde in anteà
rata maneat sententia, et Proces= Instantia di= recursus, et appellationis tam in Ciui= libus, quam in Crimina= libus, scilicet in Ciuilibus possit Iusta prorogari ut hic saluo quod notas
sus, et per eadem acta in Crimina=
libus debeat consuleri uideri, et prorogatio
terminare. Et tempora non currant
à die, qua quis dixerit se graua=
tum in Ciuilibus, et Criminalibus
salueo, et reseruato, quod in Ciuili=
bus tantum possit termines de
uolentate partium prorogari. Ite
dicimus, quod Iudices, qui hera
reddunt in Ciuitate Fulginei te=
neantur, et debeant per se tantum
diffinire, et terminare omnes de

sins.

singulas questiones, et causas coram
eis, uel ipsorum altero propositas, et
non committere alicui aliquam
causam consulendam partibus
volentibus, uel inuitis, saluo, quod
si aliqua partium super aliquo
puncto ipsius communis consilium
suis expensis petierit, quod Iudex
remotis suspectis possit, et debeat
committere expensis petentis pena
xs. librarum denariorum de suo sa-
lario, in quibus si contrafecerit per
sindicum dicti communis ipsi com-
muni penitus condemnetur. Et quod
Iudex, cui punctus predictus missus
extiterit, uel commissus fuerit te-
neatur, et debeat ipsam commissio-
nem acceptare eo die proxime se-
quenti facta talis commissionis. Et
super ipso puncto suum consilium
reddere infra decem dies computan-
dos a die dicte commissionis sibi

potest quilibet partium petere consilium sapientis super aliquo puncto legis

terminus consilij reddendi decem dierum si aliqua partium ipsum petat

factis quod si non fecerit, et remis-
sus fuerit in premissis, vel aliquo
predictorum per Potestatem, vel
Capitaneum dictae Civitatis in 100.
libris denariorum Communi Fulgi-
nei condemnetur; Et quod salarium
Iudicis supradicti, cui dicta com-
missio facta fuerit exprimatur, et
fiat ante dictam commissionem.
Et predicta, et quilibet predictorum
dicti Potestas, et Capitaneus tenean-
tur, et debeant adimplere, et adim-
pleri facere vinculo iuramenti,
et pena 100. librarum denariorum
pro quolibet eorum, et vice qualibet
de eorum salario, quod Communi
Fulginei applicetur. Item quod
omnes, et singuli Notarii Potesta-
tis, et causarum dictae Civitatis
teneantur, et debeant precise vin-
culo iuramenti, et pena 25. libra-
rum denariorum per se scribere om-
nia

nias acta Causarum Civilium, et
criminalium, et alicui alteri non
committere Partibus nolentibus, vel
invitis, nec accipere aliquam Cedu-
lam ab aliquo Iudice, vel Nota-
rio, seu alia quavis Persona de
aliqua scriptura, quae deberet fi-
eri, vel in quaterno poni per dic-
tos Notarios exceptis libellis ex-
ceptionibus dupplicationibus, et
replicationibus, et dupplicationi-
bus, et triplicationibus, intentioni-
bus, et articulis, interrogationibus,
et protestationibus, et etiam appel-
lationibus, seu recursibus, quae ap-
pellationes, seu recursus possint
interponi, et fieri coram Capitaneo
Populi dictae Civitatis Fulginei,
vel eius Iudice, et Vicegerente,
aequalleant, et teneant ac si essent
coram Potestate, Iudice, et neces-
saria facta, et interposita, quibus

factis, et interpositis incontinenti dictus Capitaneus, uel eius Iudex Collateralis, uel eius Iudici à quo fuerit appellatum denuntiare te-neatur foro coram se, et ad se appellatum, et si quis dictorum Officialium contrafecerint inspi-ciendo dictas Cedulas à quorum-que in 25. libris denariorum Com-muni predicto debeat condemna-ri, et per se cum consilio tantum sui Iudicis suas Causas, et Scrip-turas in quaterno ponere, et ordina-re, et si non ordinauerit subia-ceat pena predicta de suo salario quotiens contrafecerit, in quibus per Sindicum dicti Communis ip-si Communi penitus debeat con-demnari, et quilibet possit contra-facientem accusare, et ad predicta probanda sufficiat solummodo si in ipsius folio camerae uel qua-terno aliquam ipsarum Cedularum inuenerit

Item

Quod Mercatores pannorum veterum possint habere tennas ante eorum apothecas

Item dicimus, et ordinamus quod Rca 128
Mercatores Pannorum veterum,
qui habent Apothecas subtus
Palatium Canonicorum maioris
Ecclesiae Reginatis possint ha-
bere, et pendere tennas de Panno
ante Apothecas eorum ubi, seu
in quibus Pannos vendunt pen-
dentes usque ad terram sicut
pretendunt Bancherii ipsorum si-
ne poena, et Banno, ita tamen
quod supradictae Tennae iuxta
ipsas Bancas pendeant, et vadant
et se pareant ante Bancas dicto-
rum Mercatorum.

De renovatione Cast. Verchiani

terim dicimus, et ordinamus, quod Rca 129
Potestas, et Capitaneus Civitatis
Fulginei teneantur, et debeant
sub pena 200. librarum denario=
rum de Comuni salario solvendo=
nem Castellanum Castri Verchia=
nis districtus Fulginei pendentia=
re post festum Beati Feliciani
proximi futuri pro toto anno, et
ab ipso recipere idoneam cauti=
onem ad transigendum ipsum
Castrum ad servitium, et volunta=
tem Potestatis Capitanei, et Pri=
orum Populi dicte Civitatis, qui
pro tempore fuerint, et nullus pos=
sit etiam eligi Castellanus dicti
Castri, qui fuerit a decem annis
citra proxime preteritis Capitulo
aliquo non obstante, Qui Castella=
nus non possit nec debeat se a dic=
to Castro absentare sine licentia,
vel mandato dictorum Capitanei,

et

et Priorum, de qua licentia, vel
mandato debeat scriptura publi=
ca apparere manu Notarij Capi=
tanei dictae Civitatis Fulginei
pena 100. librarum denariorum
pro qualibet vice Communi Ful=
ginei applicandorum de salario
autem dicti Castellani rema=
neat in arbitrio, et voluntate
Consilij generalis dictae Civita=
tis. Item, quod nullus, qui fuerit
sive erit electus Castellanus dic=
ti Castri possit, nec debeat in=
cidere, vel incidi facere de lignis
aut arboribus existentibus in iu=
risdictione dicti Castri domesti=
cis, vel silvestribus, et si contra=
fecerit solvat dicto Communi
Fulginei 50. libras denariorum
vice qualibet, et Sindicus dicti
Castri, qui pro tempore fuerit te=
neatur, et debeat vinculo iura=

26 p r

menti, et pena 25. librarum dena=
riorum contrafacientis denuncia=
re, et accusare Potestati, et sub=
ditis, qui Potestas teneatur etiam
vinculo iuramenti, et pena 25. li=
brarum denariorum quolibet men=
se durante suo officio, in consilio
inquisitionem facere de predictis
instantia hominis dicti Castri. Item
quod pro reparatione dicti Castri
fiat unum Saliniarium quinde=
cim pedum in loco bono, et suffi=
cienti pro dicto Castro per homines
Speciales ad custodiam, et per ipsos ho=
mines pacis, et communi, et quod pro=
ventus dicti Castri, ac fructus
possessionum, et terrarum Castri
predicti tam anni proxime prete=
riti, quam futuri convertantur in
reparationibus dicti Castri, et hoc
capitulum teneantur vinculo
iuramenti, et pena 100. librarum
de=

donationem, de ipsorum salario
integre observari, in quibus si con-
trafecerint, seu negligentes fuerint
per instrumentum Communis Belgi-
nei ipsi Communi debeant con-
demnari, et dictum Salinarium
executioni mandari facere, et in-
cipi in calendis mensis Martij
proximi venturi, et quod nullus pos-
sit esse, vel elegi Castellanus dic-
ti Castri nisi sit sufficiens, et fi-
delis, et de dicta Civitate Bel-
ginei intus, et non extra, et ille,
qui electus, et nominatus fuit
in Castellanum dicti Castri
non possit ad dictam Castella-
niam deputari nisi primo pona-
tur in Consilio Populi dictae Ci-
vitatis Belginei ad Bussulas, et
pallottas, per duas partes Consili-
ariorum ipsius Consilij, et si ali-
ter fieret vel procederetur dicta

electio non valeat, Item quod qui=
cumque fuerit constitutus Castella=
nus dicti Castri personaliter resi=
dere teneatur, et debeat ad Castrum
ipsum, et ibi moram trahere conti=
nuè per tempus, quo fuerit consti=
tutus, et alteri vicem suam, sive
ipsam Castellaniam non commit=
tere, nec committi posse ad poenam
50. librarum denariorum in quibus
si contrafactum fuerit per Potes=
tatem, qui pro tempore fuerit dicto
Communi debeat condemnari. Item
quod Castellanus praedictus debeat
solvere pro Castellania praedicta
id, quod solvere debebit, sive promit=
tet dicto Communi antequam in=
cipiat Officium suae Castellaniae,
et aliter non admittatur, ea quod
pecuniam, sive pretium quam,
et quod percipietur ex Castellania
praedicta deponatur apud quem=
dam

De pedagio, statera, et mensuris Communis vendendis

Item Nos Statutarij supradicti Capitulum appositum in tertia parte Statuti Communis tractans de pedagio exigendo pro Communi, et eius venditione una cum statera, et mensuris Communis eiusdem nec non modum, et ordinem datum ex serie dicti Capituli Statutorum Communis circa exactionem dicti pedagij nec non alia descripta in ipso Capitulo cum additione, et detractione subscriptis approbamus, et illud idem Capitulum confirmamus, et firmamus, et valere volumus, ac si in presenti Statuto Populi esset descriptum hoc nisi addentes, quod Terra Gualdi Nucerine diocesis sit exempta, nec non gaudeat illa exemptione, et privileggio, quibus gaudent Civitates, et Terre descripte in eodem Capitulo Statuti Communis, per quod efficiuntur exempte Rca 120

emptis à solutione Pedagij et ab
alijs in eodem Capitulo positis. Item
detrahimus, et admouemus de Capi=
tulo Statuti Communis predicti
particulam illam sic dicentem
dummodo, quod de qualibet sal=
ma Pannorum, lanarum, et quar=
tinellorum cuiuscumque generis
sit, et de qualibet salma Piperis,
et Zuccari, et pulueris Zuccari in
Barilis exigantur ab eis duo soli=
dos tantum denariorum.

De Flaminea et forma paludis Communis conservandis

tem dicimus, et ordinamus, quod Fla- Rca 131
mineas Paludis Communis Fulginei
cum formis circum circa factisque
incipit a fonte Palumbar, et vadit
seu pertendit usque ad terminum
missum inter territorium Montis
Falconis, et territorium dicti Com-
munis Fulginei usque ad Pontem
Aissiti, et venit usque ad Tameam
dicti Communis, vel iuxta ipsam
Tameam, et venit postea, et vol-
vit se inter speciales Personas, et
dictum Commune, et descendit per
revolutionem usque ad Fontem
Palumbam, et ad aliam Flamine-
am militis cum suis formis, et
omnes alias formas, et Flamineas
sive Cavatinas, sicut predictae
omnes fuerunt cavatae, et repara-
tae, et terminatae tempore Domini
Gerardi de Merzolinis de Mutina
tunc Potestatis dicte Civitatis Ful-
gi-

272v

ginti, et Potestas, et Capitaneus
dictæ Civitatis teneantur, et debe=
ant vinculo Iuramenti, et pena
100. librarum denariorum pro quo=
libet manutenere in statu, et con=
servare illesas, et salvas defende=
re, et custodire iuxtà earum posse.
Et si cavatina, quæ cadit inter
Commune, et speciales personas
fuerit in aliquo devastata, vel
repleta quominus aqua fluere
libere non valeat à capite usque
ad pedem, sive finem, facere re=
duci dictam formam Officiales
prædicti teneantur in pristinum
et eam facere reaptari, et remun=
dari ab illis personis, quæ sunt
circumstantes, ubi dicta flami=
nea, seu forma fuerit repleta
aut devastata, et dicti Offici=
ales teneantur vinculo Iuramen=
ti, et pena 100. librarum denari=

orum prò quolibet ipsorum singu=
lis mensibus accedere ad dictam
Saludem, et videre omnes præ=
dictas Flamineas, formas, et stra=
das, et si in ipsa Salude erit ali=
quid faciendum teneantur cum ef=
fectu bona fide, et sine fraude
fieri facere, et Terras, et Possessio=
nes, quæ loquantur non sunt fac=
te locari secundum quod placue=
rit Consilio generalis. Teneantur
etiam, et debeant dicti Officiales
facere duos libros memoriales, seu
registrales, in quibus ponantur
omnes, et singulæ Locationes, seu
Conductiones Terrarum dictæ Sa=
ludis, unus quorum esse debeat
in Sacristia Fratrum minorum
in Scrineo Communis, quod ibi
est alter verò reponatur in Sacri=
stia dicti Communis; Et prædicta
omnia, et singula teneantur
dicti

dicti Officiales predicta executioni
mandare, et de predictis per eos non
possint aliquam executionem
vel excusationem quominus exe-
cutioni mandentur. Et si peterent,
seu permitterent, quod predicta
ponerentur, seu suspenderentur in
Consilio in decem libris denario-
rum Communi Fulginei debeant
condemnari pro quolibet, et presens
Capitulum sit precisum, et semper
reponatur de statuto in statutu
et per dictum Commune in strada
facta iuxta formam predictam
inter Commune Fulginei, et speci-
ales personas ipsius Communis
fiat unus bonus Pons, et fiat alia
forma à dicta strada usque ad
flumen. Item, quod quilibet sol-
vat fictum inter mitio in statu-
to contempto, et si non solverit pro
quolibet mense, quo ultra dictu

tirminium steterit solvat duodecim
denarios ultra affictum quod solve-
re tenebatur, vel deberet. Item quod
dictum Commune teneatur, et debe-
at solvere, seu observare Affecta-
toribus, quid quid promissum fuerit
eis, et quod continetur in Instru-
mento ficti. Item, quod Capita-
neus Populi Civitatis Fulginei
teneatur, et debeat pena 100. li-
brarum denariorum talibus face-
re, et curare, quod tota Paludis dic-
ti Communis actetur, et melius fi-
eri possit, et fiat in ea quid quid
fuerit faciendum pro commodo, et
utilitate ipsius Paludis, et Com-
munis Fulginei; et omnes Perso-
nes quae praetendunt ius habere
in dicta Palude infra formas
factas, seu formas ipsius Palu-
dis illud ius vendere teneantur
dicto Communi, et debeat eis satis-
fieri

fieri secundum extimationem
factam de eo in Catastro dicti
Communis, et hoc teneatur facere
fieri Capitaneus supradictus vin=
culo iuramenti, ac facere actari
omnes Flamineas factas in dicta
Palude per Commune Fulginii, et
facere aptari Pontes, qui sunt in
dictis Flaminibus, ita quod in quo=
libet tempore homines, et Bestie
possint ire, et redire; Et nulla
Persona possit, nec debeat in for=
mis ipsius Paludis macerare Ca=
nepam, seu linum, nec macerare
facere, nec piscari sine Licentia
Potestatis, et Capitanei dicte Ci=
vitatis Fulginei, et qui contrafe=
cerit in 100. solidos denariorum
per dictos Officiales possit, et debe=
at condemnari, et quilibet possit
et debeat contrafacientem accusa=
re, et habeat medietatem Banni.

Item, quod afficus, qui colligitur,
et habetur de dictis paliedes pro
dicto Communi non possit dari
seu expendi pro aliquo facto dicti
Communis nisi in acquisto, seu
emptione quam fecerit dictum
Commune, et aliter expendi non
possit dictus fictus nisi per em=
ptionem, seu acquistum, quam
seu quod fecerit dictum Commu=
ne. Et si quis contrafecerit, vel
predicta proposuerit in Consilio,
vel Aringa, quod dictus fictus
aliter expendatur nisi ut dictum
est, quilibet ipsorum per Sindicum
dicti Communis ipsi Communi de=
beat condemnari. Et de predictis
Officiales predicti absolutionem
petere, vel habere non possint in
aliquo consilio, vel Aringa, nec
de predictis possit aliqua absolutio
fieri, et si fierit non valeat ipso
iure

dure. Item Palus de Rosario debe-
at reactari intus, et extra formas
ipsius Paludis pro Communi, et
fieri debeat, et hoc per Capitaneum
praecise poena, et Banno 50. libra-
rum denariorum, et per dictum
Capitaneum de mense Septembris
eligantur, et eligi debeant tres
boni homines scilicet de quolibet
Terzerio unus, quorum unus sit
Notarius super manutenendam
Paludem praedictam, et formas
ipsius, et ipsas formas dicti boni
homines teneantur facere remun-
dari duabus vicibus in anno sci-
licet de mense Aprilis, et Augus-
ti ab hominibus, qui tenent iuxta
ipsas formas, et nulla Persona
audeat facere aliquam paratam,
nec impedire debeat cursum aquae
illu dictarum formarum sub poena
100. solidum denariorum a con-

trasfacienti auferendas per Capi-
taneum supradictum, et hoc intel-
ligatur de formis, quae sunt in
Habede tantum, ~~ult~~ illam, quae est
inter Commune praedictum, et Com-
mune Montis Falconis claptari
debeat pro dicto Communi, et ple-
naria secundum acque ruina im-
pleret dictas formas, seu carbona-
rias, vel aliquam ipsarum, tunc
remaneat in providentia dictorum
trium bonorum hominum, utrum
reparatio, et exgomeratio sit faci-
enda per Commune Fulginei, vel
speciales personas ipsas prout fu-
erit eis visum, vel magis decens,
qui boni homines possint facere
fieri illis personis adiacentibus
et per ipsos adiacentes omnem u-
tilitatem, quam viderint expedi-
re pro utilitate dictorum Habedis, et
dicti tres boni homines, qui elec-
ti

cti fuerint teneantur facere con=
servare indemnes si per aliquam
lesionem formae novae per quam
aquae rigalis duceretur in qua=
cumque parte impedimentum fa=
ctum fuisset, et remaneat in pro=
videntia personarum trium bonorum
hominum, scilicet, quod arbitrio
de illis personis, quas viderint, et
cognoverint convenire, et in exer=
cendo, et exequendo praedicta possint
poenas, et Banna imponere et exi=
gere pro communi prout eis vi=
debitur; et eligantur dicti homi=
nes pro toto anno, et habeant pro
eorum salario decem libras de=
nariorum pro quolibet, et non pos=
sint in officio praedicto esse illi,
qui fuerint in eodem officio a
tribus annis citra. Et teneantur
dicti tres boni homines requirere
dictam labudem qualibet ebdo=

277 r

mada semel ad minus ad penam sexti=
branum denariorum pro qualibet ipsorum
in quibus si negligentes fuerint per Po=
testatem, seu Capitaneum dicti Commu=
nis debeant condemnari, et quelibet per=
sona teneatur, et debeat dictis tribus
bonis Viris in eorum officio obedire
ad penam per eos imponendam. Item
quod omnes homines dicte Civitatis Ful=
ginei, eiusque districtus teneantur
et debeant in dictas Saluedas ponere,
aut poni facere uti utilius videbi=
tur consilio, de dictis tribus bonis ho=
minibus unum centinarium Populo=
num, seu Popiorum, vel Salicorum
tempore, quo videbitur Capitaneo, et
Consilio dicte Civitatis ad penam
de Bannum 50. librarum denario=
rum pro qualibet Brevis. Et hoc Ca=
pitulum dictus Capitaneus sacra=
mento, et pena 100. librarum dena=
riorum de suo salario faciat obser=
uas=

277v

uari. Item quod Montorsia forma=
nem dictae Paludis non explanan=
tur, nec laborantur per aliquam per=
sonam, et quod dictus Capitaneus
ut tenebatur taliter facere curare,
quod Commune Montis Falconis
remittat aequam tunc per cursum
antiquum, ita quod ipsa aequa
non descendat, sed fluat per for=
mam dicti Communis Fulginei
prout dictum Commune Montis
Falconis, et homines ipsius tenen=
tur, et debent, ut patet manu An=
tonij Magistri Petri de Fulgineo
Notarij. Item quod fiat, et fieri
debeat in dicta Palude quaedam
alia forma ex parte interius ver=
sus dictam Civitatem Fulginei
prope aliam formam, quae est in=
ter Paludem dicti Communis Ful=
ginei, et Paludem Communis Tre=
vij, ac Paludem Communis Montis
uij

Jalconis illius amplitudinis, et du=
pagii, et eo tempore prout videbitur
dictis tribus bonis hominibus, et me=
lius fieri poterit. Qui vero tres bo=
ni homines teneantur, et debeant
vinculo iuramenti procurari, et da=
re operam efficacem, quod exequan=
tur predicta ad penam predictam,
et Capitaneis qui pro tempore fue=
rint teneantur, et debeant assenti=
re bonis hominibus supradictis, et
ad ipsorum requisitionem darbau=
xilium, et consilium opportunum
ad penam 50 librarum denario=
rum, in quibus per Indicem dic=
tis Communis ipso Communi debe=
at si contrafecerint condemnari.
Item quod quicumque inciserit, vel incide=
rit aliquam Arborem ex predictis
condemnetur dicto Communi pro
qualibet Arbore in 100 solidos
denariorum, et emendet damnum,

qui

27 278v

qui fraſcas inciſerit condemnetur in 10. ſolidos denariorum, quorum bannorum medietas ſit Communis, et alia medietas illorum, qui dij habendam.

De electione Capitanei populi facienda

Rca 132

Item dicimus, et ordinamus, et presen- vid. de off.o Capitanei in fra cap. 136 et 193.
ti Statuto firmamus, quod Regimen
Populi, et Artium Civitatis Ful-
ginei, quando videbitur Prioribus
Populi dictae Civitatis, qui pro tem-
pore fuerint, ac Confalonerio Iusti-
tiae eiusdem Populi de Provincia
seu loco quibus videbitur Consilio
Populi dictae Civitatis Fulginei or-
dinare in nomine Domini Amen
unus Capitaneus eligatur, qui sit
forensis, et de parte S. matris Ec-
clesiae cum omnibus suis Officia-
libus, et quod sit de eadem parte
idem Capitaneus, et iurare tenea-
tur ad sancta Dei Evangelia cor-
poraliter manu tactis Scripturis in
Consilio Arrengi, de quo erit cum Sala-
rio mille librarum denariorum Co-
nesinorum, qui teneatur habere, et
secum tenere toto tempore sui Re-
giminis, et omnibus suis sumpti-
bus

bus, de expensis unum Iudicem bo-
num, et expertum, et in Iure Peri-
tum unum bonum socium idone-
um, et legalem, duos Notarios in
arte Notariorum bene expertos, duos
Domicellos, et ceteros famulos bonos,
et sufficientes ad arma portandum,
nec non quatuor Equos, quorum duo
sint, et esse debeant armigeri, quos
secum habere, et tenere continue
teneatur, et debeat ad omne ipsi-
us risicum, et fortunam tam in
veniendo, quam etiam in stando,
et redeundo, et pro ipsis Equis nul-
lam emendationem recipiat à Com-
muni predicto, cuius vero Capita-
nei Officium duret per sex menses,
et sit primordium sive principium
ipsius Officij in festo Beati Feli-
ciani, in cuius Capitanei dicto
salario Camerarius dicti Commu-
nis retinere debeat usque ad sen-

De electione Capitanei [illegible] facienda

tentiam ferendam per Sindicum
Communis predicti tempore Sindi-
catus Capitanei antescripti 100 li-
bras denariorum, et teneatur, et de-
beat Capitaneus supradictus intra-
re, et inire Palatium, ibique moram
trahere debeat cum omnibus suis su-
pradictis Officialibus, domicellis, fa-
miliis, et Equis die 13. Januarij et
suum Officium dicta die incipere,
et prefato tempore sui Officij tene-
atur, et debeat ipse Capitaneus vin-
culo Juramenti inviolabiliter om-
nes terras, Vineas, Silvas, Prata, Pos-
sessiones, Bona, Jura, actiones, et
res alias quascumque dicti Commu-
nis, et quas, et quae dictum Commu-
ne habet, et habebit intus, et extra
dictam Civitatem Fulginei ma-
nutenere, salvare, et bene custo-
dire, sive fuerint in Civitate pre-
dicta, sive in Castris, Villis, seu

mon-

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

280v

tanis

281²

282[n]

283r

finito di trascrivere il 28 novembre 1941

O. A. M.

BIBLIOTECA